

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

CAPITVLA PRIMI LIBRI QVI TRACTAT DE VITA SANA.

Prohemiū in quo etiā agit̄ ſanitatē mētis ſanitati corporis ꝯponēdā. Cap.i.
Nouē ſtudioſorū duces. Cap.i.
Quā diligēs habēda cura ſit cerebri cordis. ſtomachi. ſpūs. cap.ii.
Litterati pituitæ & atræ bili obnoxii ſunt cap.iii.
Quot ſint cauſæ qbus litterati melācolici ſint uel fiāt cap.iiii.
Cur melācolici ingenioſi ſint & quales melācolici ſint eiuſmodi: quales contra. cap.v.
Quo pacto atra bilis cōducat ingenio cap.vi.
Quiq; ſunt præcipui ſtudioſorū hoſtes. pituita. atra bilis. coitus. ſatietas. matutinus ſōnus. cap.vii.
Quæ ſit hora icohādiſ ſtudiis opportunior: quis ue continuandi modus. cap.viii
Qūo ſit uitāda pituita cap.ix.
Qua rōe uitāda ſit atra bilis. cap.x
Cura ſtomachi. cap.xi.
De his quæ fouent mēbra præcipua uires ſpūs. cap.xii.
Medicinę cōtra pituitā cap.xiii
Deſtillatio atq; eius cura cap.xiiii
Dolor capitis & cura eius. cap.xv.
De cura uſus cap.xvi.
De guſtu inſtaurando cap.xvii
De exacta atrę bilis cura cap.xviii
De ſinapis cap.xix.
De pilulis cap.xx.
De medicina liquida cap.xxi.
De ſanguinis miſſione cap.xxii.
De electuariis cap.xxiii.
De nimia uigilia cap.xxiiii.
De hebetudie atq; obliuiōe. ca.xxv
Corporeū qdē ſpūm cura. Incorporeū uero cole: ueritatē deniq; uenerare. Primum medicina præſtat. Secundum diſciplina moraliſ. Tertium uero religio. cap.xxvi.

Prohemium i libri.ii. de uita longa
Capitula eiuſdem libri.
Ad pfectionē ſciētiæ neceſſaria eſt uita longa: quam etiam diligentia prę ſtat cap.i.
Vitalis calor nutritur humore: quo deficiēte fit reſolutio: quo excedēte fit ſuffocatio cap.ii.
Qūo rēpandus calor ad humorem atq; uiciſſim quodam Mineruæ conſilio. cap.iii.
Quibuſ de cauſis areſcit humor naturalis: uel pegrinus exundat. Et q̄ neceſſaria ſit ad uitam perfecta digeſtio. cap.iiii.
Sāguis & humor accomodatus uitę aerius eſſe debet qualitate rēpatus: ſubſtātia medius atq; tenax cap.v.
Cōis cōmedēdi bibēdiq; regula & qualitas epularum. cap.vi.
Ne utaris alimentis quæ cito putreſcunt: nec in eiuſmodi regionibus

BIBLIOTECA NAZIONALE 1879

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

habites: Vinū & trititū pręçeteriſ eli ge: Putrefactionem & reſolutionem fuge. cap. vii.
Dieta: uictus medicia ſenū. cap. viii
Naturę aromatum & cordialium ne ceſſariæ: & rurſum qualis ſenum uic tus. cap. ix.
De auro & aureis alimētis/ & recrea tione ſenum cap. x.
De uſu lactis ſanguiniſq; humani p uita ſenum cap. xi.
Dieta/ habitatio/ conſuetudo ſe num cap. xii.
Quę adminicula ſeneſa planetis ac cipiāt ad oia mēbra fouēda. Vbi me mēto paſſulas uuas pinguefacere re cur atq; corroborare/ quod maximū eſt uitæ ſubſidiū cap. xiii.
Cōfabulatio ſenū ſub Venere p uirē tia prata cap. xiiii
Mercurius alloquiē ſenes/ & cōſulit eis circa uoluptatē. odores. cantus. medicinas cap. xv.
Cōfirmatio ſupiorum: & q deuitare debemus aſſiduam cogitationē & coitum. cap. xvi.
De medicinis ſenū/ & de habitatiōe iterū atq; dieta. cap. xvii.
De nutrimēto ſpūs/ & cōſeruatione uirę p odores. ubi i hoc capitulo de uſu mellis diciē. Memēto roſaceum mel ſolidū & liqdū ſenibus conſer uādis accomodatiſſimū cap. xviii.
Magorū medicia p ſenibuſ. cap. xix
De piculis euitādis ex quolibet ui ræ ſeptēnario iminētibus. cap. xx.

Prohęmiū i libru. III. de uita cęlitus

Capitula eiuſdem libri.

In quo conſiſtat ſecūdū Plotinū uir tus fauorē cęlitus attrahēs. s. i eo q aia mūdi & ſtellarū demonūq; aię fa cile allicium corporum formis acco modatis Cap. i.
De concordia mūdi. de natura hōis ſecūdū ſtellas. qūo fiat attractus ab una quaq; ſtella cap. ii.
Inter aiam mūdi/ & corpus eius ma nifeſtū eſt ſpūs eius/ i cuius uirtute ſūt quattuor elemēta. Nos uero per ſpūm noſtrum hunc poſſumus hau rire. cap. iii.
Spūs noſter haurit mūdi ſpūm p ra dios ſolis & iouis: quatenus ipſe fit ſolaris/ & iouialis cap. iiii.
Tres gratiæ ſūt Iupiter/ & Sol & Ve nus. Iupiter eſt grā geminarū media & maxie nobis accōmodata cap. v.
De uirtute in nobis naturali/ uitali/ aiali: & p quos planetas adiuuēē: & qūo p aſpectū lunæ ad ſolē/ & Vene rē: maxime uero ad iouē cap. vi.
Qūo mēbra foueanē i nobis p cōpa rationem lunæ ad ſigna & ad ſtellas fixas cap. vii.
De uirtutibus & uſu ſtellarum fixa rum cap. viii.
Dignitateſ planetarū i ſig.is ad uſū

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

medicinarũ obſeruãdæ cap.ix.
Qũo planetis uti debeamus ĩ medi cinis cap.x.
Quibus modis ſpũs noſter haurire plurimũ põt de ſpũ uitaq; mũdi: Et q planetę ſpũm pcreãt atq; recreãt: & qualia ad unũquenq; planetam per tinent cap.xi.
Res naturales atq; ẽt artificiolæ ha bent uirtutes a ſtellis occultas: per quas ſpũm noſtrũ ſtellis eiſdẽ expo nunt cap.xii
De uirtute imaginũ ſecundum anti quos/ atq; medicinarum cęlitus acq ſita cap.xiii
Ordines rerũ a ſtellis pẽdẽtiũ ut So lariũ atq; ſimiliũ: & qũo ſpũs fiat So laris cap.xiiii
De uirtute imaginum ſecũdum anti quos atq; medicinarum: & quomo do medicinæ ſint lõge ualidiores q̃ imagines cap.xv.
De poteſtate cęli. De uitibus radio rum/ unde uim ſortiri putentur ima gines. cap.xvi
Quã uim habent figuræ ĩ cęlo/ atq; ſub cęlo cap.xvii
Quales cæleſtium figuras ãtiq ima ginibus imprimebãt/ ac de uſu ima ginum cap.xviii
De fabricanda uniuerſi figu ra. cap.xix.
Quãtã imagines uim hẽre putenť ĩ ſpũm/ & ſpũs ĩ eas: & de affectu utẽ tis & operantis cap.xx.
De uirtute uerborum/ atq; cãtus ad beneficium cęleſte captandũ. Ac de ſeptem gradibus pducẽtibus ad cę leſtia. cap.xxi.
Qũo ſeptẽ modis nos cęleſtibus ac cõmodare poſſumus: & qbus Satur nus ſit maleficus: quibus ppitius: quos Iupiter a ſaturno defẽdat: qũo cęlum agat in ſpiritum/ & corpus/ & animam cap.xxii.
Vt proſpere uiuas/ agaſq;: imprimis cognoſce ingenium: ſydus: genium tuum: & locum eiſdem cõuenientẽ. hic habita. profeſſionem ſequere na turalem. cap.xxiii.
Qua ratione litterati cognoſcãt in genium ſuum: ſequanturq; uictum ſpũi conſentaneum cap.xxiiii.
Aſtronomica diligentia in liberis procreandis. In præparandis epu lis. In edificiis/ & habitatione/ atq; ueſtibus. Et quantum curare talia li ceat cap.xxv.
Quomodo per iferiora ſupioribus expoſita deducantur ſupiora. Et p mũdanas materias mũdana potiſſi mum dona. cap.xxvi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

uiuere. His ergo deíde librũ de uita lõga dedi. Diffidebãt aũt medicinis atq; remediis in re tãta terrenis. Adiunxi librũ de uita tũ ualida/tũ lõga celitus cõpanda: ut ex ipso mũdi corpore uiuo uita quædã uegetior in corpus noſtrũ quaſi quoddã mũdi mẽbrũ/ uelut ex uite ꝓpagareť. His uero tu medicinę libris ignoſce precor indulgẽtiſſime Laurẽti: ſi dum medicus eſſe uolo: neſcio qũo etiã nolẽs ſum & ſi nõ bonus ſæpe poeta. Nã & phębus idem eſt medicinæ reptor/poeſiſq; magiſter: uitãq; ille ſuã nobis nõ tã per herbas q̃ ꝑ citharã cãrũq; largiť. Ipſa qnetiã Venus apud aſtrologos muſicũ æque parit/& medicũ. Sed hactenus dũ litteratorũ ciuiũq; ſimiliũ uitę curioſius cõſulo/librorũ meorũ ſalutẽ negligo: q̃diu iter ſe patior eſſe ſeiũctos. Quãobrẽ in eos nũc primũ pius/ in corpus unũ copulo. Cuius artubus ĩ unã formã iam cõpactis uita ꝓtinus adſit. Nõ poteſt aũt hoc opus phyſicum/id quaſi corpus meũ/uitã accipere/niſi meã. Etiſmodi uero uita ex mea dũtaxat pẽder anima. Hęc aũt iãdiu penes te magnanime Laurẽti mi patrone uiuit: in ea præſertim ampliſſimarũ ędiũ tuarũ parte: ubi una cũ Platone/noſtrum illud de animorũ ĩmortalitate ſeruatur opus/tuo iãpridẽ nomini dedicatũ. At aĩus iſte meus: & ſi ĩ beata quadã quaſi patria penes te uitã agit/uerũtamẽ/quod & theologi uolũt/inquietus ẽ interea/ donec opus id phyſicũ tanq̃ ſuũ corpus accipiat. Accipe igitur optime Laurenti/poſt illos de aĩa/ hos etiã de corpore libros: eodẽq; afflatu/ quo & illis dudũ/feliciter his aſpira. Ita. n. & corpus hoc ſub tuo ſpiritu/ꝑ ſuam uiuet animã: & anima uicißim noſtra cũ hoc iam ſuo corpore in tuis latibus conquieſcet.

VNIVERSALIS INSCRIPTIO.

Liber de uita. In Tres Libros Diuiſus. Primus de uita ſana. Secundus de uita longa. Tertius de uita cęlitus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

DE CVRA VALITVDINIS EORVM QVI INCVMBVNT STVDIO LITTERARVM.

MARSILIVS Ficinus Florentinus Georgioantonio Veſpuccio & Iohãni Baptiſtæ Boninſegnio uiris probitate doctrinaq; inſignibus. S.D. Multa uobiſcum his temporibus peripateticorũ more deambulando confabulati ſumus de curãda eorum ualitudine/qui aſſidue incumbũt ſtudio litterarũ: Quæ quidẽ breui perſtricta cõpendio uobis potiſſimum cõmendare decreui. Neq; prius id opuſculum uel ipſe probabo/ q̃ a uobis præcipue uiris/ amicisq; ꝓbatiſſimis probatũ eſſe reſciuero: uel elegãtiſſimũ Laurẽtii Medicis noſtri iudicium ſubire permittam: Cuius quidem proſperæ ualitudini eſt iprimis ſi opus fuerit/cõſulturum. Vix.n. præſentibus litteratis pręſertim noſtris proſpiciet unq̃/niſi prius eorũ patronꝰ Mecẽnati proſpexerit. Legite igitur diligẽter: atq; curate ualitudinem diligẽtiſſime. Sublata.n. ſanitate/ſublimes muſarũ fores/niſi deus omnipotens mira quadam uirtute & ducat & patefaciat/aut nõ tanguntur a nobis unq̃/aut certe fruſtra pulſantur. Phyſicam uero hãc diſputationem noſtram eo potiſſimum tanq̃ argumẽtum quoddam ſpectare uolumus/uidelicet ſi conſequendæ ſapientię gratia/corporis ſanitas tantopere quærẽda eſt/multo magis ſanitatem mẽtis/qua ſola poteſt ſapientia comprẽhendi/eſſe quærendam: alioquin inſcite omnino ſcientiã quærunt/quicunq; inſana mente ſapientiam capere moliũtur. Sanitatem quidem corporis Hippocrates/animi uero Socrates pollicetur. Sed ueram utriuſq; ſanitatẽ ſolus ille pręſtat: qui ſic exclamat. Venite ad me omnes/ qui laboratis/& onerati eſtis: atq; ego uos reficiam. Ego ſum uia/ ueritaſq; & uita.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

Nouem ſtudioſorum duces. Cap. 1

q Vicunq; iter illud aſperum arduũq; & lõgum ingrediunť/ quod quidẽ uix tãdẽ ad excelſũ nouẽ muſarũ templũ aſſi duo labore perducit/ nouẽ omnino itineris huius ducibus indi gere uidentur. Quorũ primi quidẽ tres in cęlo. Tres ſequentes in animo. Poſtremi tres in terra nos ducunt. Principio in cęlo Mer curius/ut inueſtigãdo muſarũ iter aggrediamur/ uel impellit uel adhortatur. Siquidẽ Mercurio tributũ eſt inueſtigationis omnis officiũ. Deinde Phębus ipſe & quęrentes animos & res quęſitas ſplendore uberrimo ſic illuſtrat/ ut perſpicue quod quęrebatur/a nobis inueniatur. Accedit gratioſiſſima Venus gratiarum mater: atq; almis omnino lætiſq; radiis ſuis/rem omnẽ adeo cõdit & or nat: ut quicquid & inſtigante Mercurio quæſitũ fuit/ & mõſtran te Phoebo iã erat inuentum: mirifica quadã & ſalutari uenuſtate Veneris circũfuſum delectet ſemper & proſit. Sequũtur tres irine ris huius duces in animo: uidelicet uoluntas ardens & ſtabilis: Acumen ingenii: Memoria tenax. Tres i terra poſtremi ſunt: pru dẽtiſſimus paterfamilias: Probatiſſimus præceptor: Medicus pe ritiſſimuſ. Abſq; his nouẽ ducibus nemo ad ipſũ nouẽ muſarum templũ peruenire uel potuit/uel poterit unquã. Ceteros quidem duces ab initio nobis pręcipue deus oĩporens naturaq; tribuit. Tres uero poſtremos noſtra adhibet diligẽtia. Sed præcepta offi ciaq; quæ ad patrẽfamilias/& quæ ad præceptorẽ circa litterarum ſtudia pertinent/antiq plures ſapienteſq; tractauerunt: præcipue Plato noſter & ſæpe alias: & in libriſ de rep. ac de legibus diligen tiſſime. Deinde Ariſtoteles i politicis. Plutarchus quoq; & Quin tilianus egregie. Solus autẽ litterarũ ſtudioſis hactenus deeſt me dicus aliq̃s: qui manũ euntibus porrigat/ſalutaribuſq; conſiliis atq; medicinis adiuuet eos/quos neq; cęlũ neq; animus/ neq; pa terfamilias præceptor ue deſtituit. Ego igitur ſortẽ eorũ laborio ſiſſimam miſeratus/ qui difficile Minerue minuentis neruos iter agũt/primus tãquã medicus debilibus & ualitudinariis adſum:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

ſed utinã facultate tã ĩtegra/q̃ propitia uolũtate. Surgite iã adoleſcentes deo duce alacreſ. Surgite iuuenes/atq; uiri: quos ardentius Minerue ſtudium nimis eneruat. Accedite libenter ad medicum: qui uobis ad inſtituti ueſtri perfectionẽ mõſtrante deo atq; fauente cõſilia remediaq; ſaluraria largieť.

Quã diligẽs habẽda cura ſit cerebri: cordis: ſtomachi: ſpiritus. Cap. II.

Principio quantam curſores curium/ athletę brachiorum/ muſici uocis curam habere ſolent: tantam ſaltẽ litterarum ſtudioſos cerebri/& cordis iecoriſq; & ſtomachi oportet habere. Immo uero tanto maiorẽ/ quãto & mẽbra hęc præſtantiora q̃ illa ſunt: & ii frequẽtius atq; ad potiora his mẽbris q̃ illi illis utunť.

Præterea ſolers q̃libet artifex inſtrumẽta ſua diligẽtiſſime curat. Penicillos pictor: Malleos incudeſq; faber ęrarius: Miles equos & arma: Venator canes & aues: Citharam citharedus: & ſua q̃ſq; ſimiliter. Soli uero muſarũ ſacerdotes/ ſoli ſũmi boni ueritatiſq; uenatores tam negligentes/ proh nephas tamq; infortunati ſunt/ ut inſtrumentum illud/ quo mundum uniuerſum metiri quodã modo & capere poſſunt/ negligere penitus uideanť. Inſtrumẽtũ eiuſmodi/ ſpiritus ipſe eſt: qui apud medicos uapor quidam ſanguinis purus/ ſubtilis/ calidus/& lucidus definitur. Atq; ab ipſo cordis calore ex ſubtiliori ſanguine procreatus uolat ad cerebrũ: ibiq; animus ipſo ad ſenſus tam interiores q̃ exteriores exercendos aſſidue utiť. Quãobrem ſanguis ſpiritui ſeruit: Spiritus ſenſibus: Senſus deniq; rationi. Sanguis aũt a uirtute naturali/ quæ in iecore ſtomachoq; uiget/ efficitur. Tenuiſſima ſanguinis pars fluit in cordis fontem: ubi uitalis uiget uirtus. Inde creati ſpiritus cerebri & (ut ita dixerim) Palladis arces aſcendunt. In q̃bus animalis ideſt ſentiẽdi mouẽdiq; uis dominatur. Itaq; talis plurimũ ferme cõremplatio eſt/ quale ſenſus ipſius obſequiũ. Talis aũt ſẽſus/ qualis & ſpiritus. Spiritus uero talis/ qualis & ſãguis/

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

& tres illę uires/quas diximus: naturalis/ scilicet/ uitalis/ & aialis/ a quibus/ per quas/ in quibus spiritus ipsi concipiuntur: nascuntur: atq; fouentur.

Litterati pituitæ & atræ bili obnoxii sunt. C.iii.

n On solum uero mẽbra illa uiresq;/ & spiritus homines litteratũ cupidi curare diligentissime debẽt: uerũ etiam pituitã semper & atram bilẽ non aliter q̃ nauigãres scyllã atq; carybdim cautissime deuitare iubenẽ. Quantum enĩ reliquo corpore occiosi sunt/ tantũ cerebro ac mẽte negocioſi. Inde pituitam quod grę ci flegma. Hinc atram bilẽ/ quã idem melancoliã uocant gignere compellunẽ. Illa quidem ingeniũ sæpe obrundit & suffocat. Hæc uero si nimiũ abũdauerit/ flagrauerit ue/ assidua cura crebrisq; deliramẽtis uexat animũ/ iudiciumq; pturbat. Vt nõ immerito dici possit/ litteratos fore & præcipue sanos/ nisi cum pituita molesta est: & leuissimos sapiẽtissimosq; omnium/ nisi bilis atrę uitio uel merere sæpe/ uel interdũ desipere compellanẽ.

Quot sint causę/ quibus litterati melancolici sint uel fiant. C.iii.

u T aũt litterati sint melãcolici/ tres potissimũ causarum species faciunt. Prima cęlestis: Secũda naturalis: Tertia est humana. Cęlestis/ quoniã Mercurius/ q; ut doctrinas iuestigemus inuitat/ & Saturnus/ qui efficit ut in doctrinis inuestigandis pseueremus/ inuẽtasq; seruemus: frigidi quodãmodo sicciq; ab astronomis esse dicuntur: uel si forte Mercurius nõ sit frigidus: fit tamẽ sæpe Solis propinquitate siccissimus: qualis est natura apud medicos melãcolica: eandẽq; naturam Mercurius ipse Saturnusq; litterarũ studiosis eorũ sectatoribus ĩpartiunt ab initio/ ac seruãt augẽtq; quotidie. Naturalis aũt causa esse uideẽ: q̃ ad scientias præsertim difficiles consequẽdas necesse est animum ab externis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

ad interna tanq̃ a circũferentia quadam ad cẽtrum ſe ſe recipere. Atq; dum ſpeculatur in ipſo (ut ita dixerim) hominis cẽtro ſtabiliſſime pmanere. Ad centrũ uero a circũferentia ſe colligere/figiq; in cẽtro maxime terrę ipſius eſt proprium: cui quidem atra bilis perſimilis eſt. Igitur atra bilis animum ut ſe & colligat in unum/ & ſiſtat in uno/cõtempleturq; aſſidue prouocat. Atq; ipſa mundi centro ſimilis ad cẽtrum rerum ſingularũ cogit inueſtigandum. Euehitq; ad altiſſima quæq; comprẽhendenda: quandoquidẽ cũ Saturno maxime cõgruit altiſſimo planetarũ. Cõtẽplatio quoq; ipſa uiciſſim aſſidua quadã collectione & quaſi cõpreſſione naturam atræ bili perſimilẽ contrahit. Humana uero ideſt ex nobis cauſa eſt. Quoniã frequens agitatio mẽtis cerebrum uehementer exſiccat. Igitur humore magna ex parte cõſumpto/ quod caloris naturalis pabulũ eſt/calor quoq; plurimũ ſolet extĩgui. Vnde natura cerebri ſicca frigidaq; euadit. Quæ quidẽ terreſtriſ & melãcolica qualitas nominatur. Prẽterea ob frequentiſſimum inquiſitionis motũ ſpiritus quoq; moti cõtinue reſoluunt̃. Reſolutos aũt ſpiritus ex ſubtiliori ſanguine inſtaurari neceſſariũ eſt. Quapropter ſubtilioribus clarioribuſq; ſanguinis partibus ſẽpe cõſũpris/ reliquus ſanguis neceſſario denſus reddit̃ & ſiccus & ater. Accedit ad hęc: q natura in contẽplatione cerebro prorſus cordiq; intenta/ ſtomachũ eparq; deſtituit. Quare alimentis præſertim uel uberioribus uel durioribus male cõcoctiſ/ſanguis inde frigidus craſſuſq; & niger efficitur. Poſtremo nimio mẽbrorum ocio neq; ſupflua excernunt̃: neq; craſſi fuſciq; uapores exalãt. Hęc omnia melancolicum ſpiritũ męſtumq;/ & pauidũ animũ efficere ſolent. Siquidẽ interiores tenebræ multo magis q̃ exteriores/ mẽrore occupant animũ atq; terrent. Maxime uero litteratorũ omnium hi atra bile premunt̃/qui ſedulo philoſophiæ ſtudio dediti mẽtem a corpore rebuſq; corporeis ſeuocant/incorporeiſq; coniungunt: tum quia difficilius admodum opus maiori quoq; indiget mentis intẽtione: tum quia quatenus mentẽ in corporeę uerſari con

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

iungunt/eatenus a corpore diſiungere compellunt. Hinc corpus eorum nonnunq; quaſi ſemianimum redditur atq; melancolicum. Quod quidem Plato noſter in timeo ſignificat/dicens animum diuina ſæpiſſime & intentiſſime contemplantem/ alimentis eiuſmodi adeo adoleſcere potentemq; euadere/ ut corpus ſuū ſupra q̄ natura corporis patiatur/exſuperet: ipſumq; uehemētioribus agitationibus ſuis aliquando uel effugiat quodāmodo/ uel nō nunq̄ quaſi diſſoluere uideat.

Cur melancolici ingenioſi ſint/& quales melancolici ſint eiuſmodi:quales contra. C.V.

h Actenus quam ob cauſam muſarum ſacerdotes melancolici uel ſint ab initio/ uel ſtudio fiāt/ rationibus primo cęleſtibus:Secundo naturalibus: Tertio humanis oſtēdiſſe ſufficiat. Quod quidē confirmat ī libro problematū Ariſtoteles. Omnes enim inquit uiros in quauis facultate pręſtantes melācolicos extiſſe. Qua in re Platonicum illud quod in libro de ſciētia ſcribitur confirmauit. Ingenioſos uidelicet plurimum cōcitatos furioſoſq; eſſe ſolere. Democritus quoq; nullos inquit uiros ingenio magnos/prēter illos qui furore quodam perciti ſunt/ eſſe unquā poſſe. Quod quidem Plato noſter in phedro probare uidetur dicens/poeticas fores fruſtra abſq; furore pulſari. Et ſi diuinum furorē hic forte intelligi uult/ tamē neq; furor eiuſmodi apud phyſicos aliis unq̄ ullis prætereq̄ melancolicis incitatur. Deinceps uero aſſignandę a nobis rationes ſunt/quare Democritus & Plato et Ariſtoteles aſſerant melācolicos nōnullos interdū adeo īgenio cunctos excellere/ut non humani ſed diuini potius uideantur. Aſſeuerāt id Democritus & Plato & Ariſtoteles abſq; dubio. Rationem uero tantæ rei haud ſatis explicare uidentur. Audendum tamen monſtrante deo cauſas indagare. Melancolia ideſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

atra bilis/eſt duplex. Altera quidem naturalis a medicis appella
tur. Altera uero aduſtione cõtingit. Naturalis illa nihil eſt aliud
q̃ denſior quædam ſicciorq; pars ſanguinis. Aduſta uero in ſpe
cies quattuor diſtribuitur. Aut enim naturalis melancoliæ: aut
ſanguinis purioris: aut bilis: aut ſalſæ pituitæ combuſtione con
cipitur. Quęcunq; aduſtione naſcitur/iudicio & ſapientiæ nocet.
Nempe dum humor ille accenditur atq; ardet/ concitatos furen
teſq; facere ſolet. Quam græci maniam nuncupant: nos uero fu
rorem. At quando iam extinguitur/ ſubtilioribus clarioribusq;
partibuſ reſolutis/ſolaq; reſtante fuligine terra ſtolidos reddit/
& ſtupidos. Quem habitum melancoliam proprie & amentiam
uecordiamq; appellant. Sola igitur atra bilis illa quam dixi
mus naturalem ad iudicium nobis ſapientiamq; conducit. Neq;
tamen ſemper. Sane ſi ſola ſit/atra nimium denſaque mole/obfu
ſcat ſpiritus/terret animum/obtundit ingenium. Si uero pitui
tæ ſimplici miſceatur/ cum frigidus obſtiterit circum præcordia
ſanguis/ craſſa quadam frigiditate ſegnitiem adducit atque tor
porem. Atque ut denſiſſimę cuiuſq; materię natura eſt/ quando
eiuſmodi melancolia frigeſcit/ ad ſummum frigiditatis intendi
tur. Quo in ſtatu nihil ſperatur: timentur omnia: reder celi con
uexa tueri. Si bilis atra uel ſimplex uel mixta putreſcit/quarta
nã gignit febrẽ: lienis tumores: & multa generis eiuſdẽ. Vbi ni
mis exuberat ſiue ſola ſit/ſiue cõiuncta pituitę ſpiritus craſſiores
facit/atq; frigidiores. Continuo animũ afficit tedio. Mẽtis aciem
hebetat: neq; ſalit arcadico circũ præcordia ſanguis. Oportet aũt
atrã bilem neq; tam paucã eſſe/ut ſanguis: bilis: ſpiritus quaſi fre
no careant. Vnde inſtabile ingenium labilemq; memoriã eſſe cõ
tingat. Neq; tam multam/ut nimio põdere prægrauati dormitare
atque egere calcaribus uideamur. Proinde neceſſarium eſt omni
no eam eſſe quoad eius natura patitur ſubtiliſſimam. Si enim te
nuata pro natura ſua maxime fuerit/ poterit forſitan abſque no

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

xa etiam esse multa. Atq; etiam tãta/ut æquare bilem saltem pon dere uideatur. Abundet igitur atra bilis/ sed tenuissima. Non careat humore subtilioris pituitæ circumfuso: ne arescat prorsus durissimaq; euadat. Non tamen misceatur omnino pituitæ/ præser tim uel frigidiori uel multę: ne frigescat. Sed bili sanguiniq; adeo misceatur/ut corpus unũ conficiatur ex tribus: dupla sanguinis ad reliqua duo proportione compositũ. Vbi octo sanguinis par tes: duæ bilis: duæ iterum atrę bilis portiones existãt. Accendat aliquãtum a duobus illis atra bilis/accensaq; fulgeat: non urat. Ne quemadmodum solet materia durior/dum feruet nimium/ue hementius urat/& conciter. Dum uero refrigescit/ similiter frige scat ad sũmum. Bilis enim atra ferri instar quando multum ad fri gus intenditur/friget ad summũ: quando contra ad calidum ual de declinat/calet ad summum. Neq; mirum uideri debet/atrã bi lem accendi posse facile/atq; accensam uehementius urere. Siqui dem uidemus calcem illi similem aqua perfusam feruere statim/ atq; exurere. Tantam ad utrunq; extremum melancolia uim ha bet unitate quadam stabilis fixæq; naturæ. Quæ quidẽ extremi tas ceteris humoribus non contingit. Sũme quidem calens sum mam præstat audaciam/ immo ferocitatem. Extreme uero frigẽs timorem ignauiamq; extremã. Mediis uero inter frigus caloręq; gradibus affecta uarie/affectus producit uarios/ non aliter q̃ me rum præcipue potens bibentibus ad ebrietatem uel etiam paulo liberius affectus inferre uarios soleat. Igitur oportune tempera ra sit atra bilis oportet. Quæ cum ita moderata est/ ut diximus/ & bili sanguiniq; ꝑmixta/ qa & natura sicca est/ & cõditione q̃tũ ipsius natura patit̃/tenuissima/facile ab illis accendit̃. Quia soli da ẽ atq; tenacissima/accensa semel diutissime flagrat. Quia tena cissime siccitatis unitate potẽtissima ẽ/uehemẽtius icalescit. Quẽ admodũ lignũ paleis si utraq; accẽdant̃/ magis diutiusq; calet & lucet. Atq a diuturno uehementiq; calore fulgor ingẽs motusq; uehemẽs & diuturnus ꝑficiscunt̃. Huc tẽdit illud Heracliti: Lux

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

ſicca anima ſapientiſſima.

Quo pacto atra bilis conducat ingenio. C. VI.

Veret forte quiſpiam: quale ſit corpus illud humoris eiuſmodi/ ex tribus illis humoribus ea qua diximus ꝓportione conflatum. Tale eſt ferme colore/ quale aurum eſſe uidemus: ſed aliquantum uergit ad purpuram. Et quando tam naturali calore q̄ uel corporis uel animi motu accenditur/ ferme non aliter/ q̄ ignitum rubēſq; aurū purpureo mixtum calet/ & lucet. Atq; ue lut Iris trahit uarios flagrāte corde colores. Quęret aliquis iterum/ quonam pacto humor eiuſmodi conducat ingenio. Nēpe ſpiritus ex hoc humore creati/ primo quidem ſubtiles ſunt/ non aliter q̄ aqua illa quam & uitæ: ſeu uitis aquā nomināt/ & ardentem: quotiens ex craſſiori mero/ quadam ad ignem diſtillatione ut fieri ſolet/ exprimitur. Spiritus enī ſub anguſtioribus arteriis eiuſmodi compreſſi meatibus/ uehementiore ob unitatem calore maxime tenuantur: perq; arctiores meatus expreſſi ſubtiliores erumpunt. Deinde calidiores ſimiliter/ atq; eadem ratione lucidiores. Tertio motu agiles/ actione uehementiſſimi. Quarto: ſolido ſtabiliq; humore iugiter emanantes actioni diutiſſime ſeruiunt. Tali aūt animus noſter obſequio fretus indagat uehemēter. Perſeuerat inueſtigando diutius. Facile quæcūq; inueſtigauerit inuenit: clare ꝓſpicit: ſincere diiudicat: ac diu retinet iudicata.

Adde ꝙ quēadmodum ī ſuperioribus ſignificauimus/ animus inſtrumento ſiue incitamento eiuſmodi quod cētro mundi quodāmodo congruit/ atq; (ut ita dixerim) in ſuū centrū animū colligit/ ſemꝑ rerū oīum & cētra petit/ & penetralia penetrat. Cōgruit inſuꝑ cū Mercurio atq; Saturno. Quorū alter altiſſimus omnium planetarū/ inueſtigātē euehit ad altiſſima. Hinc philoſophi ſingulares euadūt. Preſertim cū animus ſic ab externis moribus atq; corpore proprio ſeuocatus/ & q̄ proximus diuinis/ & diuinorū

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

inſtrumentum efficiatur. Vnde diuinis influxibus oraculiſq; ex alto repletus noua quædã inuſitataq; ſemp excogitat/ & futura prædicit. Quod non ſolum Democritus atq; Plato affirmãt: ſed etiam Ariſtoteles in problematũ libro/& Auicenna in libro diui norum/& in libro de anima confitenť. Quorſum hęc de atrę bilis humore tam multa? Vt meminerimus/quãtum atra bilis/imo candida bilis eiuſmodi quęrēda & nutriēda eſt tanq̃ optima/tan tum illam quæ contra ſe habet (ut diximus) tanq̃ peſſimam eſſe uitandã. Adeo.n. dira res eſt/ut a malo demone eius ſpetus inſti gari Serapio dixerit/& Auicēna ſapiēs non negauerit.

Quinq; ſunt præcipui ſtudioſorum hoſtes: Pituita: Atra bilis: Coitus: Satietas: Maturinus ſomnus. C.vii.

u Tautē redeamus illuc/unde iam longius digreſſi ſumus/ longiſſima uia eſt: quę ad ueritatem ſapiētiamq; perducit: grauibus terræq; mariſq; plena laboribus. Quicunq; igitur hoc iter aggrediunť/ut poeta quiſpiam diceret/ſępe terra mariq; ꝑcli tantur. Siue.n. mare nauigent continue inter fluctus ideſt humo res duos/pituitam ſcilicet/& noxiã illam melancoliã/ quaſi inter ſcyllam carybdimq; iactãtur. Siue terra (ut ita dixerim) iter agãt/ tria mõſtra protinus ſeſe illis obiciunt. Primum terrena Venus/ Priapuſq; nutrit. Secũdum Bacchus & Ceres. Tertium nocturna Echate frequenter opponit. Ergo & Apollo ab æthere/ & Neptu nus ab ęquore/& a terra Hercules ſępe uocãdus: ut monſtra eiuſ modi Palladis inimica/iaculis Apollo trãſfigat: Neptunus tridē re domet: claua Hercules cõtundat/& laceret. Primũ quidē mon ſtrũ eſt uenereus coituſ: præſertim ſi uel paulũ uires exceſſerit. Su bito nãq; exhaurit ſpiritus/præſertim ſubtiliores: cerebrũq; debi litat: labefactat ſtomachũ atq; pręcordia. Quo malo nihil ingenio aduerſius eſſe poteſt. Cur nã Hippocrates coitũ comitiali morbo ſimilē iudicauit? niſi qa mētē/quæ ſacra eſt ꝑcutit: tantũq; obeſt:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

ut Auicenna in libro de animalibus dixerit: Siquid ſpermatis ſu
pra q̃ natura roleret/coitu ꝓfluat/ obeſſe magis/ q̃ ſi quadragies
tantundem ſanguinis emanarit: ut non iniuria priſci muſas atq;
Minerua uirgines eſſe uoluerint. Huc platonicum illud ſpectat.
Cum Venus muſis minitaretur/niſi ſacra uenerea colerent/ſe con
tra illas ſuũ filiũ armaturam. Reſponderũt muſę. Marti o Venus
Marti talia minitare. Tuus.n.inter nos cupido nõ uolat. Deniq;
natura nullũ ſenſum longius q̃ tactũ ab itelligentia ſegregauit.

Secundũ monſtrũ eſt uini cibiq; ſatietas. Quippe ſi uinum uel
nimiũ uel nimis calidũ uehemenſq; fuerit/caput ipſũ humoribuſ
peſſimiſq; fumis implebit. Mitto q̃ inſanos facit ebrietas. Cibus
uero nimius/primũ quidẽ ad ſtomachũ in ipſo coquendo omnẽ
naturę uim reuocat. Quofit/ut capiti ſimul ſpeculationiq; inten
dere nequeat. Deinde inepte coctus multis & craſſis uaporibus
humoribuſq; aciẽ mentis obtundit. Quin etiã ſi ſatis coquatur:
tamen ut Galienus ait/animus adipe & ſanguine ſuffocatus cele
ſte aliquid peruidere non poteſt. Tertiũ deniq; monſtrũ eſt/ad
multã noctẽ/præſertim poſt cẽnã frequentius uigilare: unde etiã
poſt ortũ ſolis dormire cogaris: quoniã uero i hoc errãt/ fallũt̃q;
ſtudioſi ꝓmulti: iccirco q̃tũ ingenio noceat/latius explicabo: atq;
rationes ſeptem præcipuas afferam: Primã ab ipſo cęlo: Secundã
ab elementis: Tertiam ab humoribus: Quartã ab ordine rerum:
Quintã a natura ſtomachi: Sextã a ſpiritibus: Septimã a phanta
ſia deductam. Principio tres planetę quẽadmodum i ſuperiori
bus dicebamus contemplationi & eloquentiæ maxime fauent:
Sol/Venus/atq; Mercurius. Hi uero paribus ferme paſſibus con
currẽtes/aduẽtãte nocte nos fugiũt. Die uero uel ꝓpinquãte/ uel
iã ſurgẽte reſurgunt/noſq; reuiſunt. Poſt uero ſolis ortũ in plagã
cęli duodecimã: quę carceri tenebriſq; ab aſtronomis aſſignat̃: re
pẽte tradunt̃. Ergo nõ qui uel nocte quando nos fugiũt/uel die
poſt ſolis ortũ/quãdo carceris tenebratũq; domũ intrãt: ſed q uel
ꝓpemodũ perẽtibuſ ortũ/uel iam ſurgẽtibus ad cõtẽplãdũ ſcribẽ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

dumq; ipſi quoq; cõſurgũt/ii ſoli acutiſſime ſpeculãtur/& eloquẽ tiſſime inuẽta ſua ſcribũt/atq; cõponunt. Ratio ſecũda ſcilicet ab elemẽtis eſt talis. Oriẽte ſole mouetur aer/tenuaťq;/ & claret: occidẽte uero cõtra. Sãguis aũt & ſpiritus motũ qualitatẽq; aeris circũfuſi naturaq; ſimilis ſeq neceſſario cõpellunť. Tertia ratio/ quę ab humoribus ducit/eſt eiuſmodi. In aurora mouet ſãguis/ & regnat/motuq; tenuatur/ & caleſcit/& claret. Spiritus uero ſanguinem ſequi imitariq; ſolent. Verum accedẽte nocte melancolia illa craſſior & frigidior/atq; pituita dominantur: quæ ſpiritus ad ſpeculandũ ineptiſſimos proculdubio reddunt. Quarta ratio/ quæ trahitur ab ordine retũ hæc erit. Dies uigilię: nox ſomno tributa eſt: quoniã cum ſol uel ad emiſperium noſtrum accedit/uel ſuper ipſum ĩcedit/ radiis ſuis meatus corporis aperit/atq; a centro ad circũferentiam humores ſpirituſq; dilatat. Quod quidem ad uigiliam actioneſq; excitat atq; conducit: contra uero/quãdo recedit/omnia coartantur: Quod naturali quodã ordine inuitat ad ſomnũ: maxime poſt tertiam aut quartã noctis partem. Quis quis igitur mane quidem dormitat/quando ſol munduſq; excitat: ad multam uero nocrem uigilat/quãdo natura dormire iam & a laboribus quieſcere iubet/ hic abſq; dubio cũ ordini uniuerſi rum ſibi ipſi repugnant: dũ cõtrariis ſimul motibus perturbať atq; diſtrahitur. Sane dũ ab uniuerſo mouetur ad extima/ipſe ſe mouet ad intima. Atq; contra: dum ab uniuerſo ad intima trahitur/ipſe ſe interim retrahit ad extrema. Ergo puerſo ordine motibuſq; cõtrariis/tũ corpus totũ/tum ſpiritus ĩgeniũq; prorſus labefactať. Quinto loco a natura ſtomachi in hũc modũ argumẽtamur. Stomachus diuturna diurni aeris actione/ apertis poris admodũ dilatať: euolantibusq; ſpiritibus rãdem ualde debilitatur. Igitur ſubeunte nocte nouam ſpirituum copiam exigit quã foueatur. Quapropter quicunq; eo tempore contẽplationes longas/& difficiles ĩchoat/ipſos ad caput ſpiritus retrahere nititur. Hi uero diſtracti/neq; ſtomacho ſatis/neq; capiti faciũt. Maxime

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

uero nocet/ ſi poſt cęnam lucubrãtes diu eiuſmodi ſtudiis attentius incumbamus. Pluribus enim tũc ad concoquẽdũ cibũ ſpiritibus multoq; calore ſtomachus indiget. Hæc uero duo lucubratione ſtudioq; tali diuertũtur ad caput. Quo fit/ ut neq; cerebro/ neq; ſtomacho ſupperant. Adde q caput ob eiuſmodi motũ craſſioribus cibi repleť uaporibus. Atq; cibus i ſtomacho a calore & ſpiritu deſtitutus crudeſcit/ & putret. Vnde rurſus caput oppleť/ & lędit. Deniq; matutinis horis/ quãdo ſurgendũ eſt/ ut excremẽtis omnibus ſomno retẽtis ſingula mẽbra purgenť/ tũc id quod peſſimum eſt/ qui nocte lucubrando cõcoctionem penitus iñterruperat: idem dormiendo mane excrementorum expulſionem diutius impedire compellitur. Quod quidem tam ingenio q̃ corpori medici omnes obeſſe q̃plurimum arbitrantur. Merito ergo qui nocte cõtra naturã pro die/ atq; cõuerſo: die rurſus pro nocte utuntur tanq̃ noctuæ/ ii etiã i hoc uel inuiti noctuas imitanť: ut quẽadmodũ illis ſub ſolis lumine caligãt oculi: ita & iis mentis acies ſub ueritatis ſplendore caliget. Sexto loco a ſpiritibus idẽ ita ꝓbať. Spiritus fatigatione diurna: præſerti ſubtiliſſimi qq; deniq; reſoluunť. Nocte igiť pauci craſſiq; ſupſunt litterarũ ſtudiis ineptiſſimi: ut nõ aliter mancis horũ fretũ ális ingeniũ uolare poſſit: q̃ ueſpertiliones atq; bubones. Cõtra uero poſt ſomnũ mane ſpiritibus recreatis/ mẽbriſq; adeo corroboratis/ ut minimo ſpiritũ ãminiculo egeant/ multi ſubtileſq; ſpũs adſunt: q cerebro ſeruiãt: atq; expeditius obſeq̃ poſſũt i mẽbris foueẽdis regẽdiſq; partũ admodũ occupati. Poſtremo ſeptima rõ/ ſic a phãtaſię naturã deduciť. Phãtaſia ſiue imaginatio ſiue cogitatio ſeu quouis alio noie nuncupãda uideť/ multis/ lõgis/ cõtrariis inuigilãdo imaginibus/ cogitationibus/ curisq; diſtrahiť atq; turbať. Quæ quidẽ diſtractio ꝑturbatioq; ſequẽti contẽplationi/ tranqllam ſerenãq; mentem penitus poſtulãti/ nimiũ contraria eſt. Sola uero noctuna qete agitatio illa ſedať tandẽ atq; pacať. Igiť accedente qdem nocte ſẽp turbata mẽte: recedẽte uero utplurimũ mẽte trãqlla ad

a viii

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

ſtudia nos conferimus. Quicūq; uero mente nimium agitata res ipſas iudicare conanť/ ii nō aliter q̄ illi qui uertiginem patiunť/ omnia uerti putāt: (ut Plato inquit)cū ipſi uertanť. Quāobrē ſcite Ariſtoteles in economicis iubet ante lucē ſurgere: aſſeritq; id & ad corporis ſanitatē: & ad philoſophię ſtudia ꝓdeſſe q̄plurimū. Sed hoc ita accipiendū eſt/ ut cita & modica cęna matutinā crudi tatē diligētiſſime deuitemuſ/ Deniq; facer ille uates Dauid omnipotentis tuba dei/ nūq̄ dicit ueſpere/ ſed mane ſemp atq; dilucu lo in deum ſuū canendū ſe cithara pſalmiſq; ſurgere. Surgere quidem mēte/ ea hora omnino debemus. Mox etiā corpore: ſi modo id cōmode fieri poſſit.

Quæ ſit hora inchoandis ſtudiis oportunior: quis ue continuandi modus. C. viii.

Xiis quæ in ſuperioribus diſputata ſūt: ferme iam ſatis cō ſtat/ oportune noſtra nos ſtudia exordiri: uel ſtatim orien te ſole: uel hora una ſaltē uel duabus ad ſūmum ante ſolis exortum. Sed anteq̄ e lecto ſurgas/ perfrica parūper ſuauiterq; palmis corpus totū primo. Deide caput unguibus/ ſed id paulo leuius. Hac in re te Hippocrates āmoneat. Nam frictione inquit ſi uehemens ſit/ durari corpus: Si leuis/ molliri: ſi multa/ minui: ſi modica/ impleri. Cum e lecto ſurrexeris/ noli ſubitæ lectioni meditationiq; prorſus incūbere. Sed ſaltē horę dimidium cuilibet expurgationi cōcedito. Mox meditationi accingere diligēter: quā ad horam circiter unā pro uiribus ꝓgabis. Deinde remittes parūper mentis intentionē: atq; interim eburneo pectine diligēter & moderate pectes caput a fronte ceruicem uerſus quadragies pectine ducto. Tum ceruicē panno aſperiori perfrica. Demū reuerſus ad meditādum/ duas inſup horas aut ſaltē horam unā ſtudio dedicato. Produci uero nōnunq̄ ſtudia poſſūt/ ſed aliquāta interdū intermiſſione facta/ ad horā uſq; meredianā. Quin etiā interdum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

q̃uis raro niſi cibũ interim cogamur aſſũmere poſt meridiẽ circiter horas duaſ. Sol. n. circa ortũ potẽs ẽ: potẽs & ĩ medio cęlo: ĩ plaga quoq; illa cęli/quæ mediũ ꝓxime ſequit̃: quã nonam aſtro nomi uocãt/& ſapiẽtie domũ/ ſol maxime gaudet: quoniã uero poetę oẽs Phębũ muſarũ ſciẽtiarũq; ducẽ eſſe uolũt/ merito ſiqd altius excogitandũ eſt/his horis potiſſimũ cogitet̃: ſi muſæ quærendæ/ horis eiſdẽ Phębo duce quęrant̃. Reliquæ. n. horæ ueteribus alie niſq; legendis/potius q̃ nouis ꝓpriiſq; excogitandis accomoda tæ uident̃. Semꝑ aũt meminiſſe debemus qualibet hora ſemel ſal tem pauliſper remittẽdã eſſe mentis intentionẽ. Cũ. n. ob intẽtio nem eiuſmodi ſpũs reſoluant̃/ merito ſi nunq̃ ceſſes rendere len tus eris. Dũ laboras animo/interim corpore cõqeſce. Mala eſt de fatigatio corporis: peior animi: utriuſq; ſimul peſſima: oppoſitis hominẽ motibus ſimul diſtrahẽs/uitãq; diſperdẽs. Deniq; haud ulterius meditatio ꝓcedat q̃ uoluptas. Potius uero citra.

Quomodo ſit uitanda pituita. C. ix.

o Perę pretiũ fore uidetur/quæ noxia litteratis eſſe diximus repetere breuiter: atq; remedia ſingulis adhibere. Ergo nẽ pituita nimis augeatur/exercitatione quotidie ſtomacho ferme uacuo bis utendum: nunq̃ tamen laborioſa: ne acuti ſpiritus diſ ſoluãtur: excremẽta diligẽtiſſime ab omnibus meatibus exput ganda/Sordes a corporis totius cute/capitis pręcipue tum lotio ne tum frictione penitus abſtergendæ. Vitanda alimẽta frigida nimium: atq; niſi obſtiterit atra bilis/ etiam humida/& omnino quæ pinguia/uirulẽta/uiſcoſa/uncta/glutinoſaq; ſint: uel quæ fa cile putreſcere ſoleant. Si ſtomachus uel natura uel ætate ſit frigi dus: aut dimittẽdus omnino/aut certe minuendus aquę potus. Moderatus cibus ſit oportet: ſed potio moderatior. Habitatio alta a graui nubiloq; aere remotiſſima. Tũ ignis/tum calidi odo ris uſu humiditas expellẽda. Prohibẽdũ frigus a capite: maxime

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

uero ceruice atq; pedibus: Multũ.n. obeſt ingenio. Prodeſt mode ratus uſus aromatũ in frigidioribus epulis: nucis muſcatę præſertim & cinamomi & croci: Zinziberis quoq; conditi mane ſtomacho uacuo: quod ſenſibus etiã & memoriæ maxime prodeſt.

Qua ratione uitanda ſit atra bilis. C. x.

Ximã uero illã quam in ſuperioribus detestabamur atrã bilem hæc augẽt: Craſſũ turbidũq; uinũ/præcipue nigrũ. Cibi duri/ſicci/ſalſi/acres/acuti/uetteres/uſti/aſſi/frícti/carnes bouis & leporis: caſeus uetus: ſalſamẽta: legumina: præcipue faba: lẽticula: melõgia: eruca: braſſica: ſinapis: radicula: alliũ: cepa: porrũ: mora: cariotę: & quæcũq; calefaciũt uel frigefaciunt ſimul atq; deſiccant & oia nigra. Ira: timor: miſericordia: dolor: otiũ: ſolitudo: & quæcũq; uiſũ & olfatũ auditũq; offẽdũt: oium uero: maxime tenebrę. Prętterea exſiccatio corporiſ nimia/ſiue lõgis nata uigiliis/ſiue multa mentis agitatione/uel cura/ſeu frequenti coitu: uſuq; rerũ calidarũ multũ atq; ſiccarum: ſeu imoderata quadã deiectione atq; purgatione/uel exercitatione laborioſa/uel inedia/ſiti/calore/uel ſicciore uẽto/uel frigore. Cũ uero bilis atra ſemp ſicciſſima ſit/frigida quoq;/licet nõ æque/huic certe reſiſtendũ eſt/rebus quidẽ modice calidis: humidis uero q̃maxime. Cibis elixis aſſi due: qui coquãtur facile: & ſubtilẽ gignãt ſanguinem atq; dariſſimum. Sed interim ut ſtomachi & pituitæ ratio habeaẽ: perinde atq; bilis atræ/epulę cinamomo & croco & ſandalis cõdianẽ. Cõferunt ſemina peponis: atq; cucumeris/& pinei nuclei abluti. Cõueniũt lacticinia omnia: lac: caſeus recẽs: amigdalæ dulces. Conueniũt carnes auiũ: & pullorum gallinaceorũ: quadrupedum ue lactentiũ: oua ſorbilia maxime: & ex mẽbris animaliũ cerebellũ: dulcia mala: pyra: pſica: pepones: pruna damaſcena: atq; ſimilia: Cucurbita rite cocta: herbę humidæ/non uiſcoſæ: Ceraſia uero ficus: uuas minime laudo. Nauſeam uero & ſatietatẽ ualde dete

ſtor. Nihil aũt aduerſus hãc peſtem ualentius eſt q̃ uinũ leue/cla rum/ſuaue odorum/ad ſpiritus p̨ceteris p̨ſpicuos generandos aptiſſimũ. Nam ut Platoni & Ariſtoteli placet/hic humor/hoc ui no nõ aliter mollit̃ atq; dulceſcit & claret/ q̃ uel lupini aqua p̨fu ſi/uel ferrum flãmis accenſum. Verum q̃tum eius uſus ſpiritibus & ingenio prodeſt/tantũ nocet abuſus. P̨terea ifundere aurũ uel argentũ maxime ignitũ/eorũq; folia in poculis uel in ipſo iu re prodeſſe/conſentaneũ eſt: atq; aureo uel argenteo uaſculo bibe re/ciboſq; ſũmere. Item putile eſt/ſi ſæpe ſtomacho uacuo liquiri tię ſuccus deglutiat̃: Succus quoq; punici pomi dulcis: atq; dul cis arancei. Conducunt nõ mediocriter ſuaues odores/tempari maxime: at ſi regnat frigus/ad calidũ declinãtes: ſin dominetur calor/uergentes ad frigidũ. Tempandi ſunt igit̃ ex roſis: uiolis: myrto: cãphora: ſandalis: aqua roſacea: quæ frigida ſunt. Rurſus ex cinamomo: citro: aranceo: garofilis: mẽta: meliſſa: croco: ligno aloe: ambra: muſco: que calida. Verni flores p̨ſunt imprimis & fo lia citri/ſiue arancei/odoraq; poma: ſed maxime uinum. Odores eiuſmodi p̨ut cuiq; cõuenit: & naribus hauriendi ſunt/& pectori atq; ſtomacho admouẽdi. Odores uero calidos multũ ſiccoſq; ſi ſoli fuerint & cõtinui/nõ p̨bamus. Tenẽdus ore iacintus q̨ ani mum uehementer exhilarat. Hieroboranum quoq;. i. ſciarea ſilue ſtris tũ cibo tum odore cõfert. Bugloſſa rurſus: borrago: meliſſa: horũq; triũ aqua. Rurſus lactuca: endiuia: uua paſſula: lac amig dalinũ menſę familiariſſima eſſe debẽt. Fugiẽdus aer/aut feruẽs/ aut glacialis nimium/aut nubilus. Sed aer temp̨atus ſerenuſq; li berrime admittẽdus. Mercurius/ Pythagoras/Plato iubẽt/diſſo nantẽ animum uel mẽrentẽ cithara cantuq; tam cõſtanti q̃ cõcin no componere ſimul atq; erigere. Dauid aũt poeta ſacer p̨ſalterio p̨ſalmiſq; Saulem ab iſania liberabat. Ego etiam ſi modo infima licet componere ſũmis/ q̃tum aduerſus attę bilis amaritudinem dulcedo lyræ cantuſq; ualeat/domi frequenter experior. Lauda mus frequentem aſpectum aquę nitidę: uiridis: rubei ue coloris:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

horrorum: nemorũq; uſum: deambulationẽ ſecus flumina/perq; amęna prata ſuauem: equitationem quoq; geſtationem/nauiga tionemq; lenẽ ualde probamus. Sed uarietatẽ imprimis/facileſq; occupationes/diuerſaq; negocia non moleſta: aſſiduã hominum gratioſorum conſuetudinem.

Cura ſtomachi. Cap. xi.

¶ Equitur ut curam ſtomachi diligentiſſimã habeamus: ne nauſeam cruditatẽ ue adducat unq̃ ſatietas/caputq; offen dat. Bis cibus quotidie ſũmendus eſt/& modicus atq; leuis cin namomo/mace/nuce muſcata moderate cõditus. Sẽp tamẽ ſiccus cibus põdere alimẽta mollia potũq; exſuper: niſi forte atrę bilis ſiccitatẽ admodũ uereamur. Famẽ (ſi cõmode fieri poteſt) cibus/ ſiti potus expecter. Auiditas utriuſq; ſupſit mẽſę. Faſtidiũ & ſa turitas ꝓcul abſint. Abſtinendũ ab iis quæ ob nimiã humiditatẽ uel uirulẽtã & unctã uiſcoſãq; materiã ſtomachũ relaxãdo debili tãt: uel etiã frigida aut calidiſſima ſunt: aut propter duritiã ęgre coquũtur. Et quæ talia ſunt/ut diu poſt menſam palato ſaporem reddant moleſtiorẽ: ſiue inflent: ſiue caput multis uaporibus im pleant. Ab omnibus imprimis quæ facile uel extra aluum/uel in aluo putreſcãt. Dulces ſapores/aut acres ſi ſoli ſint/ nullo pacto probamuſ. Sed dulces acri quodam uel acuto uel ſicco uolumus temperari. Maſtix & menta ſicca: ſaluia recens: uuę paſſulæ: cido nia poma cocta/cõdita ſacharo: cicorea: roſa: corallus: Lotus cap paris & acero cõditus ſtomacho amiciſſima ſunt. Mala præterea punica ſapore inter acidum dulcẽq; medio: & omnino quæcũq; moderate arida ſunt & aliquantulum auſtera: quæ medici ſtipti ca uocant: ſiue quæ aliq̃tum acuta ſunt uel ſalſa/ uel aromatica. Mirobalani autem omnia ſuperant. Vinum quoq; rubeum po tius q̃ album ſapore quaſi paululum ſubamaro: ac niſi caliditas uel deſtillatio aliter poſtulauerit optimum erit merum bibitum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

paulatim. Omnino autē liquidiores epulę prius sūmendæ q̄ du
riores. Sumpto uero cibo/conuenit coriandrum/pomumq; cido
nium cōditū sacharo: mala punica/ & pyra austera/ nespile quoq;
& persica sicca atq; similia. Mandere uero oportet/antequā deglu
tiantur singula exactissime. Fouendus stomachus/ si oportet ex
trinsecus/mastice/rosa/mēta/corallo. Cauēdū ne post cibū/dua
bus aut tribus proximis horis uel cogitationi difficili: uel lectio
ni sedulo incumbamus. Necessariæ forsan erunt horę uacationis
quatuor: si cibus potus ue uberior fuerit: aut cibus durior. Ma
lum est cibo/potu ue uentrem extēdere: Pessimum/stomacho sic
extento difficilia cogitare. Aut igitur nutrimentum sūme leuissi
mum/aut sumpto/uaca/donec quasi cōcoxeris. Neque dormien
dum post cibum meridie/nisi maxima cogat necessitas. Atque id
quidem non prius q̄ horas duas uigilauerimus. Nocte tamen
sūpta cęna/hora ut uidetur una uigilię sufficit. Coitus stomacho
pestilens: præsertim si uel saturo statim/uel exuriente cōcumbas.
Ocio męret stomachus: exercitatione gaudet: nisi dū cibo sit ple
nus. Sumpto cibo statim modice deambulandum: mox uero se
dendum.

De his quæ fouent mēbra pręcipua uires spiritus. C.xii.

Sed iam Præstare uidetur/ut nonnulla ex medicorum offi
cina in medium producamus: quæ stomachi/cordis/cere
bri/spirituum ingenii/ uires uel seruent integras/ uel restituant:
ac si uel pituita uel atra bilis excrescat: uel immineat nausea/lon
ge propellant. Omnes sine cōtrouersia medici cōsenserunt: nihil
esse salutarius tiriaca: fouendis confirmandisq; tum singulis mē
bris & uiribus/ tum spiritibus atque ingenio. Huius igitur ípri
mis uremur drachma dimidia/aut saltē drachmę tertia parte bis
qualibet edomada hyeme & autūno: sed ęstate/atque uere semel/
uel sola/ uel si placet frigidis humidisq; tēporibus cum pauculo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

mero claro/ſuaui: temporibus uero calidis/ſiccisq; pręſertim ſi natura uel ętas ſit calidior/cum aquæ roſaceę duabus unciis aut tribus: ſtomacho ſcilicet uacuo/ſex aut ſeptem horis ante cibum. Si tiriaca deſit/dabimus mitridatum: Sed ubi tiriacam mitridatũ ue ſũmimus/eo die ab omni re calida penitus abſtinẽdũ: ac ſi æſtas aut uer fuerit/frigidis eſt utendum. Secundo uero loco eadem in cauſa probatur ab omnibus aloe/rite electa atq; lota. Sũme mirobalanorum chebulatũ drachmas duas: roſarum purpurearum/ſandali rubei/emblicorum/cinnamomi/croci/corticis pomi citri/beem/meliſſę/ideſt citrarię/ſingulorum drachmam unam: aloes electę riteq; ablutæ drachmas duodecim. Ex his confice pilulas optimo mero. Quibus ebdomada qualibet ſemel utaris diluculo: eo ſcilicet pódere: quod naturæ tuæ conueniat. Aeſtate q̃dẽ cũ aqua roſacea: alias uero cũ uino. Quibus aũt diebus neq; tiriacã neq; pilulas aſſũmes/utere cõfectione eiuſmodi mane atq; ueſpe duabus/aut tribus ante cibum horis. Summe cinnami electiſſimi drachmas quatuor: chebularum mirobalanorũ duas: & totidem emblicarum/croci/roſarum purpurearum drachmam dimidiam: ſandalorũ rubrorũ drachmas duas: corallorũq; ſimiliũ drachmã unam: Sachari albiſſimi quãtũ ſatis eſt. Funde ſacharum aqua roſacea atq; ſucco citri uel limonum/æqualibus uidelicet portionibus. Coque ſuauiter. Deinde adde muſci tertiã drachmæ partẽ/atq; ambrę tantũdem. Demum confice bolos ſolidos/quos morſulos uulgo nominant/auroq; inuolue. Tria hęc ipſi eo uſu quo præſcripſimus experti ſumus/tiriacã & aloem ita (ut diximus) tẽperatam/confectionẽq; illam ſingulis conferre mẽbris/& uiribus & ſpiritibus: acuere ſenſus/atq; ingenium: memoriam cõfirmare: Pituitã quoq; & bilem/atq; atram bilẽ illis pilulis facile uel educi/uel emẽdari. Prętera ętati cuilibet/& naturę tria quę diximus familiariſſima iudicantur.

Medicinæ contra pituitam. C.xiii.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

Si aduersus exundantem pituitã actius pugnandum fuerit/pilulas aurora ex hierapicra Galieni: uel quas Mesues elefanginas nominat/dabimus. s. quot & quotiens oportuerit/ uel etiam in robustiore natura pilulas ex hiera atq; trociscis agarici pari portione compositas: semper uero cũ melle rosaceo liquido atq; oximelle: aquaq; maratri. i. feniculi. Qui certe syrupus ĩ pituita digerenda etiã ante pilulas atq; post eas maxime ꝑdest. Si una cũ pituita cereri quoq; humores turbent/pilulis ex reubarbaro Mesues/uel pilulis quę sine quibus a posterioribus nuncupãtur/oportune purgabimus. Omnẽ uero uehemẽtẽ repentinãq; deiectionẽ purgationẽq; penitus detestamur. Nã stomachũ corq; debilitat: spiritus multos exhaurit: cõfundit humores: spiritus fumis humorum fuscis obtenebrat.

Destillatio. Cxiiii.

Si caput propter pituitã destillationibus fluctuat: quandoq; hora somni aliquot ex pilulis quas modo descripsimus/ dabimus. Iubebimus præterea ea hora & aliis rhus sæpe mãdere. Nam mirifice destillationibus & sensibus omnibus memoriæq; succurrit. Rursus muscata nux & tiriaca ore retenta probatur. Maiorana quoq; quam amaracũ nominant/ uel eius aqua admota naribus uel infusa. Post cibũ uero alimentorum fumos coriandro cidoneisq; cohercebimus.

Dolor capitis. Cap. xv.

Si caput sępe doleat humore grauatum frigido/pręter illa quæ narrauimus/cõfectionem illam quam diambram nominãt uel diacori uel plisarchoticõ tenere ore iubebimus. Quin etiam masticem sæpe mandere. Præterea linire frontem/tempora/

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

ceruicē/maioranæ/feniculi/rutæ foliis una cum oleo roſaceo tun
ſis. Similiter aloe/acero/oleo aquaq; roſaceis perfecte diluta.

De Cura uiſus. C. XVI.

u Bi oculi caligant/neq; rubent/tamen neq; aliud præbent
ullum caloris indicium/ tunc ſane collirium ex aqua fe
niculi/maioranę/celidoniæ/ rutę/ adhibito croco & antimonio/
confert. Sed aqua eiuſmodi prius denſioni pāno eſt exprimēda.
Nihil tamen admoueas oculis/ niſi antea pilulis lucis ſæpe pur
gaueris. At ſi caligantes oculi rubeant: ſubito pilulis ex fumo
terræ compoſitis purga. Mox collirium ex aqua roſacea & ſacha
ro prodeſt. Nonnunquā uero albumine oui/rutia/ lacte adiectis
q̄primum opitulatur. Omnino autem quotidianus uſus mara
thi uiſum ſeruat & acuit. Semen quidem eius frequenter ore tene
re oporteт/folia uero comedere. Trifera minor a Meſue deſcripta
optima eſt. Optimum quotidie uacuo ſtomacho mirobalanum
chebulam conditam ſummere: atque cum ea non nihil panis ex
ſacharo/mararroq; in puluerem ducto compoſiti. Quod inſuper
ingenio mirū immodum /ac producendæ uitæ prodeſt. Eufragię
quinetiam uſus oculis eſt ſingulare præſidium. In omni uel dolo
re capitis uel caligine oculorum diuertendi ſunt retro uapores/
frictionibus cucurbituliſq;: Acſi calor ī cauſa ſit/ ſanguiſq; abun
det/hirudines ceruici & humeris adhibebimus.

De Guſtu inſtautando. C. XVII.

ſ Tomachus ſępe litterarū ſtudioſis guſtū fere oēm amittit:
ſi id pituitæ uitio icidit/quod acidus oris ſapor/uel ſaliua
multa & glutinoſior idicat/poſtq̄ aluum ſubduxeris medicinis
quas ſupra narrauimus/ aromatico roſaceo utere. s. ſacharo roſa
ceo mixto/melle quoq; roſaceo cū cinamo. Solo etiā uel zinzibe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

re cõdito: uel mẽtæ ſyrupo: Sed ĩprimis tiriaca. Sin aũt biliſ copia forte cõtingit/ quod qdẽ os amarũ oſtendere ſolet/ ſimiliter poſt purgationẽ ex aloe ſicut diximus præparata/ uel reubarbaro/ aſſũme uel triaſandalũ uel oxizacharã & ſacharo aceto albo & uino acrioriſ punici mali cõpoſitã. Vel ꝑſica/ pyra ue/ ſiue cõdita/ ſiue ſyrupo cõfecta: ſicut Meſues docet: uel noſtrã eiuſmodi cõfectionẽ guſtui ſaluberrimã. Sũme ſachari roſacei unciaſ quatuor: diamarenati uncias duas: diacitronitẽ tãtundẽ. s. uncias duas: mirobalanorũ chebularũ ſemũciã: emblicarũ tantũdẽ: Sandali rubei coralli rubri utrorũq; æque drachmã dimidiã. Fũde inſup iuleb ex ſucco citri uel limonis tres uncias aut duas. Quod ſi ſtomachus debilis ẽ & frigidus/ adiice duas cinami drachmaſ. His ante cibũ duabus horis utendũ. Nauſeã ſẽp ab utroq; natã humore/ tollit diacitoniten: & uſus capparis cũ aceto. Itẽ potus modicus ieiuno ſtomacho albi aceti roſacei/ ſi duplo ſachari põdere miſceaẽ. Rurſus mẽtę ſyrupus atq; abſinthii. Itẽ mẽta uel aceto cõdita/ uel acido mali punici ſucco diluta.

De exacta atrę bilis cura. Cap. xviii

Uerum miſſa hęc tanquã leuiora iam faciamus: atque ad id quod periculoſiſſimum ẽ reuertamur ſcilicet ad atrã bilem: quæ quotiẽs abũdat & furit: cum corpus totũ/ tum uel maxime ſpiritum quaſi quoddam inſtrumẽtum ingenii ipſumq; ingenium & iudiciũ labefactat. Primũ in ea curanda præceptũ ſit ut docuit Galienus/ ne repẽte illã educere cõrendamus: ne forte parte eius liqdiore ſubtilioreq; ſubducta reſiduũ dẽſius admodũ ſicciuſq; reſideat: ſed paulatim molliaẽ digeraẽq; patiter atq; educaẽ. Secũdũ ut iterim tã cibis humidioribus q̃ lauacris dulcibus & modicis unguẽtiſq; ſimilibus caput & corpus totũ ad ſũmũ ꝓpiribus humectetur: ea tamen cautione ne uel deſtillatio irritetur/ uel deſtruaẽ ſtomachuſ aut iecur/ uel meatuſ corporis obſtruãt. Tertiũ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

uero/ & id quidem maxime neceſſarium/ ut continue cor fouea
tur roboreturq; rebus congruis partim intus acceptis/partim ex
tra pectori/ naribus ue adhibitis. Aſpiciãtur quoq; & audiantur:
odorentur & cogitentur aſſidue quæ oblectent: Contraria uero
longius arceantur.

De ſyrupis. C.xix.

m Vlta quidem a multis aduerſus hunc humorem compo
ſita ſunt. Ego autem impræſentia tria quædam remedio
rum genera e plurimis afferam electiſſima omniũ atq; tutiſſima/
accepta primum a priſcis/ deinde a recentioribus confirmata/in
terdum etiam a nobis ad uſum noſtrum accõmodata. In primo
eſt ſyrupi optimi compoſitio. In ſecundo pilulę probatiſſimę. In
tertio electuaria ſaluberrima. His tribus oportune adhibitis me
lãcolicus humor molliẽ & digeriẽ atq; ſoluitur: ſpiritus acuunẽ/
& illuſtrantur: fouetur ingenium: memoria confirmatur. Syrupus
eſt huiuſmodi. Sũme boraginis/ bugloſſę/ florumq; utriuſq;/ me
liſſæ/capillorum ueneris/endiuiæ/ uiolarum/cuſcutæ/polipodii/
ſenę/epithimi: ſingulorum q̃tum manu capitur. Pruna damaſce
na numero uiginti: odora poma numero decẽ: paſſularũ unciam
unam: liquiritiæ unciam dimidiam: cinami/ſandali rubri/corticũ
citri/ſingulorum drachmas tres: croci drachmam dimidiam: Co
quantur in aqua omnia præter epithimũ & aromata/donec pars
tertia conſumatur. Decoctio expreſſa poſt/cum ſacharo iterum &
epithimo moderate coquatur. Poſtremo infundantur aromata
ſcilicet cinamum atq; crocus. Huius ſyrupi aurora calefacti uncię
tres bibantur/ſimulq; uncię duę aut tres aquę bugloſſę: atq; una
cum his ex ſequentibus pilulis accipi debent duæ ſaltem/ac plu
res prout cuiq; conuenit: eo ſcilicet pacto/ut aluus quotidie pau
lum moueatur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

De Pilulis. Cap. xx.

Pilularum uero q̃tum ad propoſitum ſpectat: duo ſunt genera: alię delicatis congruunt: robuſtioribus aliæ. Primę aureę ſiue magicæ nominari poſſunt/ partim magorum imitatione/partim noſtra inuentione/ſub ipſo iouis ueneriſq; influxu cõpoſitæ: quæ pituitam/ bilẽ/ atram bilem educunt abſq; moleſtia: ſingula mẽbra corroborant: ſpiritus acuunt & illuminãt. Ita eos dilatant/ne conſtricti meſtitiam pariant: ſed dilatatione & lumine gaudeant. Ita rurſus ſtabiliũt/ne extenſione nimia euaneſcãt. Sũme igiẽ auri grana duodecĩ/ maxime foliorũ eius ſi pura ſint: turis/myrrhæ/croci/ligni aloes/cinnami/corticis citri/meliſſę/ſerici crudi coccinei/mẽtæ/been albi/been rubei/ ſingulorũ drachmã dimidiam: roſarum purpurearum/ ſandali rubri/ corallĩ rubri/mirobalanorum trium ſcilicet emblicarũ/chebularum/indarum/ſingulorũ drachmã unam/aloes rite ablutę tantũdem q̃tum cuncto rum pondus. Confice pilulas mero q̃ electiſſimo. Secuntur pilulę ad ſoluendam melancoliam aliquãto ualidiores: uerũtamẽ minime uiolentę. Sũme peonię: myrrhæ: ſticados arabici: meliſſæ: turis: croci: mirobalanorum trium ſcilicet emblicarum/chebularum indarũ: roſarum/ſingulorum drachmam unã. Trociſcorum agarici: polipodii: epithimi: ſenę: lapidis lazuli/loti rite & præparati. Lapidis armeni affecti ſimiliter/drachmas tres/ſingulorũ. Aloes lotæ uncias duas uino perfecto pilulas confla. Si cum melãcolia manifeſta caliditas dominetur/quę in hac compoſitione ſunt frigida/ad tertiam inſup ponderis ſui partem augenda erunt. Has pilulas ut litteratum ſtudioſis conuenit/grẽcorũ/latinorum/arabumq; imitatione compoſui. Nolui uero fortiora miſcere. Quale ueratrum: quo Carneades Phanaticus utebatur. Viris enim litteratis tantum uel paulo firmioribus conſulo: quibus nihil peſtilẽtius eſt q̃ uiolẽtia. Ideo prætermiſi pilulas indas/lapidiſq; lazuli uel armeni notas: & quam compoſitionem hieralogodion appellant. Si deniq; decet ſimpliciorẽ cõpoſitionẽ inſerere: qua ego fa

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

miliarius utor. Summe aloes lotæ unciam unam: mirobalanorũ emblicarum atque chebularum/ utriuſq; pariter drachmas duas: maſticis drachmas duas: duas quoq; roſarũ pręſertim purpurearum confice pilulas uino. Proinde pilulis aut iis/aut illis/ ex iis ſcilicet quas probauimus: nemo unquã ſolis uti debet: ne forte nimium exſiccetur. Quod quidem in melancolia peſſimum eſt: immo uel una cum ſyrupo: quem ſecuti partim Meſuem/ partim Gentilem Fulginatem ſupra deſcripſimus: uel cum uini odoris uiſq; uncia una ſiue duabus/ ſiue tribus/ut cuiq; conuenit: Aut cum aqua mellis & paſſularum atque liquiritię. Aut ſicubi calidi tas dominatur/cum iuleb uiolaceo/ aquaq; uiolacea. Omnino autem conſulo litteratis/quicũq; ad atram bilem ſunt proniores/ ut hac purgatione bis quolibet anno/uere ſcilicet autũnoq; utantur: diebus quindecim continuis uel uiginti: pilulis ſcilicet cum ſyrupo atque ſimilibus. Quicũq; uero paulo minus huic morbo obnoxii ſunt/ſat habebũt/ſi pilulas primas aut ultimas toto anno ſummãt/ſemel edomada qualibet: æſtate quidẽ cum iuleb ut diximus: alias uero cum uino.

De Medicina liquida. C. xxi.

m Eminiſſe uero oportet/ubi maximũ in exſiccatione periculum imminet: purgare tamẽ neceſſitas cogit/operę prętium eſſe pilulas intermittere: atq; i ipſo ſyrupo uel ſimili quadã decoctione/facta in aqua bugloſſe/quando purgãdum eſt/ interdũ ifũdere diaſenę uel diacathoticonis uel tripherę pſicę unciã unã aut ſaltem dimidiam. Quod ſi uel corpus robuſtius ſit/ uel aſtrictior & durior aluus/addere electuarii hamech drachmã unã aut duas. Vtilis quoq; hic eſt cõfecta caſſia: utilior manna. Nec õi melãcolię ſpeciei cõueniũt: ſed illi maxime quæ aduſtione creat. Sin aũt melãcolia naturalis ſit/conueniunt qdem: uerũ præcipue ſi in ſyrupo addatur polipodii portio dupla uel tripla: ſimiliter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

liquiritię: crociq; & paſſularum. Item medicinæ addantur mellis roſacei liquidi unciæ duę. Quotiens uero ſyrupus ſũmẽdus ſit/ in ſuperioribus diximus. Sed medicina cum ipſo ter uiginti diebus ſũmenda erit. Verũ ſi melãcolicus nullus humor appareat: tantum uero cõplexio melancolica/ ſcilicet frigida mẽbrorũ qualitas atq; ſicca/ memento ducere aluũ /uel mittere ſanguinẽ minime expedire. Sed reliqua dũtaxat facere/ quę uel diximus/ uel dicemus. Præſertim quęcunq; ad corpus pertinent mediocriter calefaciendũ atq; magnopere humectandũ/ ſpirituſq; quoad fieri poteſt illuminãdos/ fouendaq; mẽbra. Vbi uero ipſe atrę bilis humor exundat/ non madefacimus tantum corpus atq; humorem/ ſed etiam ſoluimus aluũ ea cautione qua diximus: Nunquã uero uehemẽter. Siquidẽ Plato í Timeo nos monet diuturnũ morbũ/ qualis eſt melãcolicus/ nõ eſſe nimis ualentibus medicamentis atq; moleſtis pharmacis irritandũ.

De Sanguinis miſſione. Cap xxii

ſ Vnt nonnulli in ſanguine mittẽdo audaciores/ quos medici ſapientes admodum dereſtãtur. Nam ſanguis eſt atrę bilis temperamentum: ſpiritus fomes: uitę theſaurus. Solum uero ubi abundãtiam ſanguinis indicat/ uel profuſior riſus/ audaciaq; & cõfidẽtia multa/ uel color rubens uenarũq; tumor/ mittere ſanguinem litteratis quando res poſtulat debemus e uena lienis ſiniſtri bracchii/ lata quadã inciſione/ quatuor uncias mane/ ueſpere totidem. Deinde paucos poſt dies/ ſaltem ſeptem/ ad ſummũ quatuordecim/ tum frictione quadam aſperiore/ tum admotis hirudinibus/ quas ſanguiſugas nominant/ mariſcas irritare: ut ſanguinis uncię tres aut quatuor inde diſtillẽt. Hæc ambo robuſtioribus tantum facienda uidentur. Debilioribus uero/ ſi neceſſitas poſtulat mariſcas ſolum ſicut docuimuſ irritare. Sed neq; uentrem medicinis ſoluere/ neque mittere ſanguinem licet: niſi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

prius clysteribus pinguibus mollibusq; lenieris . Atq; hoc sit in melãcolica natura cõmune præceptum: dandam esse operam ut si oportuerit/ eiusmodi clysteribus frequentatis uenter inferior lubricus semper sit atq; purgatus.

De Electuariis . C. xxiii .

S Equũtur electuaria: ex quibus laudo equidẽ quod Rasis exilarans appellauit. Prẽterea quę in libro de uiribus cordis Auicenna cõponit. Sed multo magis quod Męsues ita cõscribit. Sũme crudum sericum colore coccineo nuper tinctum/ ponere libram unam . Id merge succo pomorum dulcium & suauiter redolentium: atq; succo buglossæ/ aquaq; rosacea/ singulorum libra una/ post quatuor & uigiti horas/ totũ id coque suauiter/ donec aqua rubeat . Deinde extrahe sericum/ atq; insuper exprime diligenter. Infunde mox sachari candidissimi cẽtum & quinquaginta drachmas: coque rursus donec quasi mel spissetur: Amoue tunc ab igne: Atq; infunde dũ calet/ ambræ crudæ diligenter cõcisę drachmas sex: & ut liquescat ambra permitte. Postremo adde his puluerẽ eiusmodi. Summe ligni aloes crudi: cinnami: utriusq; ęque sex drachmas. Lapidis lazuli rite abluti/ drachmas tresdecĩ. Vnionũ. i. albarũ margaritarũ drachmas duas. Auri ueri drachmã unam. Muschi electi partẽ drachmæ dimidiã. Danẽ ex eo cũ uino drachmę duę uel una mane ac uespere ante cibum tribus aut quatuor horis. Id mihi præcepteris ualde placet. Verũtamen ꝓbo etiã Diamuscũ Mesues dulcem: cõpositionẽq; gemmarũ: modo cum aqua rosacea assũmãtur. Laudarem quoq; mirifice quod est a Petro Ebanensi philosopho sũmo conflatum : nisi ipsemet ex eius imodico usu dilatationẽ exalationẽq; spirituũ nimiam formidaret. Quãobrẽ duo quædam insuper excogitaui tutissima: atq; ob rẽperationẽ suã cuilibet tẽpori/ ætati/ naturæ cõueniẽtissima: i qbus misceẽ utile dulci. Quę tãtũ nutriũt q̃tũ fouẽt & roborãt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

Pręterea ſpiritui & ingenio tantũ ſtabiliẽdo/quãtum acuendo & illuſtrando cõueniũt. Sũme ſachari roſacei uncias quatuor. Sacha ri una cum floribus bugloſſę concocti uncias duas. Corticis po mi citri ſacharo cõditi unciã unã. Chebuli condite uncias duas. Cĩnami electi drachmã unã. Sãdali: corallis. ſ. utriuſq; rubri. Itẽ ſe rici coccinei/crudi conciſi/croci/ margaritarũ/ſingulorũ drachmã dimidiã: auri/argẽti/ſingulorũ tertiã drachmæ partẽ: ãbræ/muſci/ utriuſq; grana duo. Fũde oĩa ſimul ſucco citri uel limonis ſacha ro cocti. Seqtur cõfectio altera/aliq̃to ſalubrior/certe multo ſua uior. Sũme amigdalarũ dulcium quatuor uncias: nucleorũ pineorũ .s. ablutorum diei unius ſpatio: ſeminũ cucumeris/utrorũq; pari ter/uncias duas. Sachari duri quod candũ. i. cãdidũ uocant qua tuor uncias. Sachari alterius/ſed albiſſimi/ librã unam atq; dimi diã. Funde cũcta hæc aqua roſacea atq; limonis & citri: in qua ex tinctũ fuerit ignitũ aurũ & argentũ. Simul coque ſuauiter. Demũ adde cinnami: been rubri: ſandali rubri/coralli ſimilis/ ſingulorũ drachmã unã. Margaritarũ nitidiſſimarũ/croci/ſerici/ crudi/cocci nei minutiſſime attriti/ſingulorũ drachmã dimidiã. Auri/argẽti/ utriuſq; grana duodecim. Iacinti/ſmaraddi/zafiri/carbunculi: ſin gulorum tertiã drachmę partẽ. Si cui uero deſunt aurum/argẽtũ/ ambra/muſcus/pretioſi lapilli/cõfectiones illę etiã ꝑdeſſe multũ ſine his poterunt. Quarum tres potiſſimum eligo/unam. s. Me ſues/ quã recẽſui: duas uero noſtras/ quas modo deſcripſimus. Quo uero pacto iis utendum ſit/ſupius ſatis expoſuimus. Siqs autẽ ſimplicius aliqd appetat/oĩbus tamẽ accomodatũ/ hic citri pomum ꝑfecte maturum/integrũ ꝑfecte cõtũdat: multoq; ſacharo & multo roſarum ſucco adhibito coquat. Coctum uero modico cinnamo/crocoq; cõdiat. Aut aromatico roſaceo utaꝫ ſic tẽpato. Summe aromatici roſacei unciã unã: Sachari roſacei: Sachari dia bugloſſati/utriuſq; uncias duas: aut ſimiliter miſceat diamuſcũ. Quãq̃. n. duo hæc nõ ſint ſimplicia: tamẽ facile ſatis habenꝫ: Ac ſi caliditas timeaꝫ/diaprunis & ſacharũ uiolaceum adiungãtur:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

Saepe melancolicis præsertim litteratis accidere solet/ut nimiũ exsiccato cerebro/uigiliis lõgis extenuentẽ. Quoniã uero nihil atræ bilis mala magis auget q̃ longa uigilia/ tãto malo omni studio succurrendũ. Ideo lactucas post cibos alios edãt una cũ pane modico: pauculo croco: uinũq; purum sorbeãt post lactucam: neq; ultra horã lucubrent. Cũq; se dormitũ cõferũt/confectionẽ eiusmodi sũmant. In qua seminis papaueris albi unciæ duę sint. Seminis lactucę uncia una. Amomi croci. s. utriusq; parſ drachmæ dimidia. Sachari unciæ sex. Dilue & coque oĩa simul syrupo papaueris. Edãt huius drachmas duas: simulq; nõ nihil syrupi papaueris gustent aut uini. Illinias eis frontem tẽporaq; oleo ex uiolis: & ex nenufare adiecta cãphora. Item lacte oleoq; amigdalino atq; uiolaceo. Odorẽ croci/& cãphoræ/ putaminũq; dulcis mali naribus admouebis. Aceti isup modici/sed aquę rosaceæ plurimę. Sternes quoq; lectũ plantarũ foliis frigidarũ. Aures gratibus cantibus soniscq; delinies. Humectabis sæpe caput eiusmodi lauactris scilicet aqua in qua cocta sint frusta papaueris: lactuca/portulaca/malua/rosarũ/uitis/salicis/arũdinũq; folia: addita camomilla. Balneis quoq; dulcibus ex rebus eiusmodi/sępe tibię/bracchiaq;/sæpe totũ corpus est humectandũ. Lac insup bibere mixtũ sacharo scilicet stomacho uacuo / si modo stomachus optime tolerauerit maxime ꝓdest. Humida hæc melãcolicis etiã si satis dormiant mirifice conferunt. Memento lacamigdalinum mẽsæ familiarissimum esse debere.

Di hebetudine atq; obliuione. C. xv.

Accidit uero nõnunq̃/ut studiosis uel quia sedulo inclinato capite legãt/scribãt ue/uel quia ocio nimio torpeãt/pituita quędam uiscosior una cum frigida nimis melancolia caput

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

occupãs grauet/atq; hebetes obliuioſoſq; efficiat. His ergo caput exonerãdũ eſt iis remediis/quæ alias diximus pituitæ cõuenire. Sin minus illa ſuffecerint/ad pilulas indas & cocchias hieralogo diõq; cõfugito. Pręterea ad hierã diacoloqntidos uel archigenis uel andromaci uel theodotionis. Aut ad pilulas iudei quas Meſues in capitulo de capitis dolore deſcribit. Quod ſi natura ętas ue frigidior ſit/ nec æſtas obſtiterit: poſt purgationem utere confectione illa anachardina/quã Meſues ſapientũ cõfectionẽ noiat ĩ antidotario. Rurſus anacardina illa:quã in capitulo de obliuione ex ſẽtẽtia filii Zachariæ recẽſet. Da ſũmo mane drachmã unã: ſed q eã ſũmit ab ira/coitu/ebrietate/labore/rebuſq; calidiſ eo die ꝑſus abſtineat. Hęc qdẽ aduerſus hebetudinẽ obliuionẽq; ualẽtiſſima ſũt. At uero ſi familiaria magis optes/ da zizıber ſacharo cõditũ: ſed modico thure mixtũ: quod ſenſibus & memoriæ magnope ꝑdeſt/ pręſertim bis adiectis .ſ. melle anachardi/ melle chebularũ/acoris/cipis/ambra/muſco. Prodeſt ẽt diãbra/plis archoti con/diacori. Sed hęc ore diutius retinẽda: naribus ẽt & auribus infundẽda. Odor quoq; thuris/amaraci/mataxi/ nucis muſcatę/ rutæ/garofilorũ ꝑdeſt nõ mediocriter. Memẽto tamẽ tiriacã ĩ his atq; ſimilibus quẽadmodum ab initio diximus:nulli unq̃ remedio poſtponẽdã. Præterea hebetibus obliuioſiſq; tẽpora & ceruicẽ unctione eiuſmodi unge. Sũme olei ſambucini unciã unã/olei deben uncias duas/euforbii unciã dimidiã/caſtorei quoq; tantũ dẽ. Perfricabis brachia/crura/ ceruicẽq; uehemẽter. Ac ſi opus fuerit ceruici cucurbitulas admouebis. Verticẽ præterea capitis amaraco/thure/nuce muſcata tunſis operies atque fouebis.

Corporeũ qdẽ ſpũm cura: Incorporeũ uero cole: ueritatem deniq; uenerare. Primũ medicina pręſtat: Secũdũ diſciplina moralis: Tertium uero religio. Cap. xxvi.

Si homines ueritatis cupidi tanta medicorũ diligentia corporeũ ſpiritum curare debent:ne forte omnino neglectus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

uel ipedimẽto sit/uel inepte seruiat quęrẽtibus ueritatem: multo ꝑculdubio diligẽtius incorporeũ spũm. i. intellectũ ipsũ disciplinæ moralis institutis colere decet/ quo solo ueritas ipsa cũ sit incorporea capiť. Nefas. n. est solũ animi seruũ. i. corpus colere/ animum uero corporis dominũ regemq; negligere. Præsertim cũ Magorũ platonisq; sentẽtia sit/ corpus totũ ab aio ita pẽdere ut nisi animus bene ualuerit/ corpus bene ualere nõ possit. Quapp̃ medicinæ auctor Apollo nõ Ippocratẽ q̃uis ex sua stirpe genitũ/ sed Socratẽ sapientissimũ iudicauit. Quippe cũ q̃tum Ippocrates corpori/ tãtũ Socrates aio sanãdo studuerit: q̃q̃ quod tentauerãt illi/ solus Christus effecit. Proide si mẽtẽ nostrã optimis colere moribus a Socrate iccirco iubemur: ut lucẽ ueritatẽq; a nobis naturæ instinctu quęsitã serena mẽte facilius assequamur: q̃to magis ueritatẽ ipsã diuinã imprimis religione sãcta fas ẽ uenerari? Ad quã quęrendã capiendãq; nõ aliter creata mẽs est/ q̃ oculus ad lumen solis ꝑspiciendũ. Atq; ut Plato noster inquit quẽadmodũ uisus nihil usq̃ uisibile ꝑspicit/ nisi in ipso sũmi uisibilis. i. solis ipsius splẽdore: ita neq; intellectus humanus itelligibile q̃q̃ apprehẽdit/ nisi in ipso intelligibilis sũmi hoc est dei lumine nobis semp̃ & ubiq; præsente: in lumine inq̃/ quod illuminat oẽm hominẽ uenientẽ in hũc mundũ. In lumine de quo canit Dauid. In lumine tuo uidebimus lumẽ. Profecto quemadmodũ purgatis oculis/ inq; lumẽ ipsũ aspiciẽtibus/ subito splendor eius ifundiť/ coloribus figurisq; rerũ abũde refulgẽs/ ita cũ primũ ab oibus corporis ꝑturbationibus ꝑ moralẽ disciplinã purgata mẽs est/ atq; in diuinã ueritatẽ. i. deũ ipsũ religioso quodã flagrãtissimoq; amore directa/ subito (ut diuinus inqt Plato) diuina mẽti ueritas influit/ rationesq; rerũ ueras/ quæ i ipsa cõtinenť/ qbus ueoia cõstãt felĩciter explicat: q̃toq; mentẽ circumfundit lumine/ tanto simul & uoluntatem gaudio beate perfundit.

FINIS

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

m MARSILIVS Ficinus Florentinus Philippo Valori Ciui optimo: atq; nobiliſſimo. S. D. Quanq̃ Plato noſter genio ſuo uiuit: & uicturus eſt (ut arbitror) dum mundus ipſe uiuet: meus me tamen genius huc ſemper impellit: ut poſt diuinum cultũ ante omnia Platonis uitæ proſpiciã. Ad hoc ipſum iam diu nobis aſpirat præceteris Medica domus. Ad idem cõſpiras / & tu mi Valor Medicũ amiciſſimus / & Platonicæ gloriæ / atq; diſciplinæ admodum ſtudioſus. Quam ergo uitã Platoni ſemp exopto: eandẽ opto medicibus: ſimilẽq; Valori. Quãobrem hortor / & obſecro te mi Valor: ut q̃ta ſemp opera glorię Platonicę faues: tanta aliquando diligentia præcepta hæc noſtra de uita producenda / legas: atq; ſerues. Quibus diu uiuẽs reſurgẽti nuper diſciplinæ Platonis diutius una cũ magnanimo Laurentio medice patrocinari poſſis. Vale.

MARSILII FICINI FLORENTINI LIBER DE VITA LONGA

Ad perfectionem ſcientiæ neceſſaria eſt uita longa: quam etiam diligentia pręſtat Cap. primum.

a DARTEM Scientiamq; perfectã nõ tam uel docilitas ingenii / uel memorię firmitas: q̃ prudẽtis iudicii pſpicacia nos perducit. Iudicium uero propter ambiguitatem ex cõiecturatũ diuerſitate cõceptam adeo difficile eſt: ut experimẽto ſit neceſſario confirmandũ. Experimentũ quoq; fallax tum ꝓpter iudicii ipſius difficultatem: tũ propter fugacẽ oportuni in experimento captando temporis breuitatẽ. Quibus ſane de cauſis / artẽ eſſe lõgam una cum Ippocrate recte cõcludimus: nec poſſe nos eã / niſi uite longi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

rudine consequi. Vitam uero longam non solum ab initio semel fata ꝓmittunt: sed nostra etiã diligentia præstat. Quod & astrologi cõfitenť: ubi de electionibus & imaginibus agũt: & medicorum cura diligẽs experientiaq; cõfirmat. Qua quidẽ ꝓuidẽtia non solũ homines natura ualidi sæpissime: sed etiã ualitudinarii uitã longã aliquãdo consequũtur: ut nõ mirũ sit Herodicum quendã litterarum studiosum omniũ sui tẽporis infirmissimum (ut Plato Aristotelesq; testanť) eiusmodi ꝓuidentia/annũ centesimũ imple uisse. Plutarchus prẽterea narrat multos corpore alioqn parũ fir mo/uitã sola diligentia longã consecutos. Mitto ipresentia quor ibecillos ipse nouerim prudẽtię munere robustissimorũ annos superauisse. Neq; igiť inutile fuerit/neq; uanũ/post librũ de curãda ualitudine litteratorũ a nobis cõpositũ/precepta quædã insuper ingeniis sciẽtię cupidis ad uitã longã conducẽtia tradere. Institu ta uero hęc nec inertibus ignauisq; cõmunicari uolumus. Quid enĩ cupiamus istos diu uiuere? q nec uiuũt qdẽ/ quasi fucos nutriamus non apes. Nec hominibus diuulgari/ꝑdita uoluptatũ libidine dissoluris: q breuẽ quotidie uoluptatẽ longe stulti prępo nunt. Nec improbis iniquisq; patefieri: quorum uita mors est bonorũ. Sed uiris dũtaxat prudentibus atq; tẽpatis/solertis ingenii uiribus humano generi uel priuatim uel publice ꝓfuturis.

Vitalis calor nutritur humore: Quo deficiente fit resolutio: Quo excedente fit suffocatio. Cap. .ii.

Vtra quidẽ tanq̃ lumen in naturali calore cõsistit. Caloris uero pabulũ est humor aerius/atq; pinguis quasi oleũ. Si ue igiť humor eiusmodi forte deficiat: siue ꝓrsus excedat/uel in quineť/calor statim debilitať: & tandẽ debilitatus extinguiť. Si humoris defectu calor debilitať & ꝑdiť/mors resolutione cõtingit. Si potius obruitur humoris excessu uel uitio: uita suffocatio ne perit: Suffocatio uero humoris cuiuslibet exũdãtia uel putre

factione contingit: præsertim pituita uel excrescēte uel qūolibet putrefacta: ut non imerito pituita petēs uitam fuerit noiata. Pręcepta igit̄ ad ꝓducēdā uitā maxime necessaria. Hic qdē resolutionē: inde uero suffocationē putrefactionēq; ęque deuitant. Aeque inq̄ ratione cōmuni. Nā si calidiorē siccioreq; ue hoiem forte curāt/ & cui meatus qdē apti sunt: humores autē spūsq; subtiles resolutioni magis occurrūt. Sin aūt cōtraria rōne corpus affectū tractāt/ potius suffocationi subueniūt. Maxime uero i alterutro studēt: si ad alterutrū locus tēpus ue declinet. At ubi igeniosis studiosisq; cōsulit̄: utrūq; præceptū ferme est pariter necessariū: in utroq; similiter laborat̄. His. n. acutū qdē calidūq; igeniū/ & imaginationis motus assiduus/ resolutionē: otium uero corporis atq; crudiras suffocationē minitari uidet̄. N usq̄ igit̄ medici uehemētius q̄ in eiusmodi hominū curatione laborant. Et si tota libri supioris disputatio ad ꝓgandā uitā maxime cōfert: ꝑpriā tamē quandā res rāta curā: qualē deinceps quoad potero paucis cōprehēdam postulare uidetur.

Quomodo temperādus calor ad humorem atq; uicissim quodā Mineruæ consilio. Cap. iii.

c Eterū dū oleū istud pīgue/ igneo huic uigori nostro necessarium pīgui Minerua tractamus/ Minerua iterum oliuifera olei uitalis origo/ almi uidelicet Iouis capite nata ridet: q̄ sui muneris q̄ritatē plane cernētes/ interea nō satis uidimus qualitatē. Ridēs ergo/ uobis inqt oleū nō modo q̄tū sat flāmæ nutriēdę foret/ abūde dedi: sed ēt sine amurca sincerū infūdi lucernę. Hęc illa. Nos aūt iter loquēdū errātes offēdimus: quoniā lucerna pedibus nostris uerbū suū/ nō dū nobis auditum. Ex hac ergo lucerna discamus/ oleū iugiter flāmę subministrādū/ ea. s. diligentia: ut nec repētina quadā lumē obruamus illiuione. Nec rursū differamus stibūdo porū. Sed hæc qdē duo satis i supioribus tractata putamus. Reliqua nobis duo sūt: quorū alterū leuiter tetigisse: alterū

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

uix attigisse uidemur. Tãgentes interim ita Palladem ut ridere nunq̃ solita nos rideret. Quid ergo? Primo qdẽ considerabimus flãmã uel pauculã esse ꝑrsus edacẽ: ideoq; lucernã illã lucere diutius/in qua sic flãmula ẽ ad ellychniũ. i. luciniũ tẽpara/ut non ebibat oleũ/sed pitisset. Itaq; & nos in oĩ dieta cauebimus: ne quando præsertim i iuuentute nimium inualescat insitus ignis suapte natura uorax: Sat uero fuerit tũ humorẽ inundantẽ/tũ penetrabile frigus hinc arcere. Deide lucernã cogitabimus frequẽter extinguĩ/quãdo nõ sincerũ oleũ instillauerit: sed (ut ita dixerim) amurcosũ. Vnde paulo post cõcrescũt ex amurca fũgi/lumẽq; extigũt. Iam uero nos almũ a Pallade susceptmus oleũ. s. aeriũ q̃plurimũ purumq;/& natiuo quodã lẽtore tenax atq; firmum. Quod ergo huic paulatĩ absũpto subgerẽ/nõ solũ huic ꝙuale debet esse/sed simile. Vt uero sit simile nõ tantũ aeriũ esse debet & pigue/sed penitus ab amurca secretũ. i. a fece quadam ex terra & aqua crassiore cõgesta. Hãc ergo cõgestionẽ fecẽq; uitaturi alimenta eiusmodi fugiamus & otiũ & cruditatẽ atq; sordes. Interea uero Mineruam ea moderatione colamus! ut caput qdẽ de quo nata est ipsa/nobis augeat: neruos aũt stomachumq; nõ minuat.

Quibus de causis arescit humor naturalis: uel ꝑgrinus exũdat: & q̃ necessaria sit ad uitã ꝑfecta digestio Cap. iiii.

Naturalem humorem uelociter hæc exsiccant. Sanguinis fluxus uberior. Violenta solutio uentris. Diu lubricus aluus. Profusus sudor. Latius patefacti meatus. Coitus ad debilitatẽ factus. Sitis anela. Fames crucias. Vigilia lõga. Vsus calidarũ rerũ simul atq; siccarum. Laboriosus animi corporisq; motus. Anxietas. Ira. Dolor. Siccior simul/atq; feruẽtior aer: ꝑsertim igne calescẽs. Vẽtus aridior & uiolẽtus atq; diuturnus. Humorẽ supra modũ augẽt his cõtraria. Ebrietas frequẽs utrunq; facit: nimio. n. tũ calore siccat/tũ humore suffocat ebriosũ. Nihil ãtmagis q̃ cruditas ad utrunq; nocet. Vbi. n. nõ cõcoq̃t alimẽtũ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

hinc quidē deeſt quo naturalē irriges humorem: inde uero putre factum ſupeſt/ quod exundās calorē obruat naturalē. Quāobrē Auicenna corrūpi ſanguinē inqt/ ubi digeſtio ipſa corrūpit: Secutusq; Galienū appellat digeſtionē/ uitę radicē. Optima igit̄ eſt & quaſi unica hęc regula Galieni/ concoctionē cibi præceteris ubiq; curare. Nā quod maximū uidet̄ eſſe præceptū: ſalubribus uideli cet uti: nihil proderit/ niſi coquas. Siqdē ex his ferme ſicut ex cō trariis noxius humor ꝓfluit/ ſi cruda membris ifluxerint. Ex cibis aūt etiā minus arte laudatis/ ſępe minus malū accipit̄ nutrimētū ſi uehemētius cōcoquant̄. Cruditatē igit̄ tanq̄ grauem reſolutionis ſimul/ & ſuffocationis cauſā diligētiſſime deuitemus: quantitate uidelicet cibi potuſq; nobis accomodata. Qualitate. Simplicitate. Præparatione. contritione. Ieiunio reuocante famem: ac ſi opus fuerit ſtomachi ēt exteriore fomento: rebuſq; qbuſdā ſtipticis poſt epulas intus aſſūptis. Caueamuſq; diligenter ne cibū potus exuper. Neu cibus ſit liqdior/ aut durior: aut hic uel ille ualdeſit actu frigidus: aut alimēta ſint lōge diuerſa: aut crudū adda mus crudo. Hæc. n. cōcoctionē magnopę ꝓhibēt. Caueamuſ iſuꝑ diligētiſſime/ ne uel coitu ſtatim poſt cibū/ uel ſōno meridiano ſępius nō neceſſario: uel nocturna uigilia/ uel labore animi ullo ſiue corporis iportuno uel alio quopiā pacto digeſtionē impediamus. Digeſtionē dico eqdē nō primā tantū/ quæ fit i ſtomacho: ſed ſecūdam ēt quę fit i iecore. Tertiā inſuꝑ quæ i uenis. Quartā deniq; quæ i mēbris efficit̄: quæ lōgo quodā indigēt iteruallo: & quauis ipedita pabulū nō ſuppeditat̄ humor. Proide ſicut digeſtionē/ ſic excremētorū purgationē adiuuare īprimis neceſſarium eſt aduitā. Neceſſariū ſordes ēt a cute detergere. Neceſſarius ē motus corporis tā cōtinuus/ tam rēpatus/ tā uarius/ q̄ cęleſtiū aeriſq; motus & ignis & aquę: ſeruata dūtaxat cōcoctionis & ſōni neceſſitate. Defatigatione uero & reſolutione uitata. Prętera ſub umbra ſitū cariēq; obducimus. Sub diuo ſub lumīe uiuimuſ. Quod pater meus Ficinus inſignis medicus frequenter habebat in ore.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

Sed ad hęc feliciter pagēda operę pterium foret/ nō tam urbanis negotiis q̄ ruſticis q̄buſdā exercitationibus a tenera ſtatim ætate corpus aſſuefeciſſe & quodāmodo ſimilibus/interdū etiam nutrimētis:& uirę genus quodāmodo uariū tenuiſſe. Quod me ſæpe prudēs ille monebat. Qui.n.in omni ætate lautiſſima quadā curioſitate uiuūt:ſæpe minus tuti uiuūt. Qui uero adoleſcētes/ ſe minus aſſuefecerint/ adulti ſaltē aſſuefaciāt/ cautionibus tamē gradibus id tentantes.

Sanguis & humor accomodatus uirę aerius eſſe debet qualitate temperatus:ſubſtātia medius atq; tenax. Cap. v.

Græci omnes inter præcepta ad diuturnā uitam maxime neceſſaria mandant ut euchimis alamur. Euchima uocamus alimēta ſalubria:quæ bonū afferūt nutrimentū.i. ſanguinē bonū. Bonū uero ſanguinē appellamus/ nō frigidū/ nō ſiccū/nō turbulentū:ſed calidū & humidū atq; clarum. Calidū quidē calore nō acri. Humidū uero humore nō aqueo. Clarum quoq;/nec tamen ſerea tenuiſſimū. Iam uero feruētior ſanguis/naturalē tū calorē exacuit/ tum exſiccat humorē: & quē ipſe humorē infert uel calorem reſolubilē pręſtat atq; fugacem. Sanguis præterea humidior proniorq; ad aquam naturalem obtundit calorem:humorē quoq; naturalem uel heberat: uel impellit ſub calore liqueſcere: uel ſuffocat humiditate calorem:& omnino ſiqua portio naturalis humoris ex aqueo ſanguine trahitur/ tum putreſcit facile: tū cito diffluit atq; diſſoluitur. Hīc efficiē:ut qui molliores fructus herbaſq; comedunt/niſi raro forſan & p̄ medicina tūc uentrem leniēte ſūmāt/ breui uenas ſucco crudo putrefactioniq; obnoxio/ penitus impleant. Ac ne id accidat/ tutius pro alimento uel coquuntur:uel ſaltem cū pane miſcentur. Sanguis ergo nec igneus eſto:nec aqueus:ſed aerius:nō aeri craſſiori ſimilis:ne procliuior ſit ad aquam. Nō aeri ſubtiliſſimo/ ne facile incaleſcat in ignem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

Sed ſubſtantiã teneat mediocrem: in qua medius aer dominatũ habeat plurimum: Cetera alimẽta inſint quatenus aeris accõmodãtur impio. Non ſit eius ſubſtãtia ſubtiliſſima: ne humorem inſtabilem generet/ ſpiritũq; uolatilem/ & diſſolutioni ſubiectum. Non ſit craſſiſſima/ alioqn & ingenio minime miniſtrabit: & uix ĩ naturalem humorẽ ac ſpiritum permutabitur. Meatuſ obſtruet: ſuffocationi dabit occaſionem: Et ſpiritus qui uix tãdem craſſus inde creatur/ denſitate ſua & ipſe parum idoneus eſt ad uitam/ & calorem naturalem ita ſuffocat/ ſicut fumus denſior flãmam cõprimit protinus/ & extinguit. Mitto q; ſaltem adeo tenebroſus eſt/ ut uitam efficiat meſtam morte deteriorem. Imprimis autem ut mihi uidetur ad uitam expedit diuturnam: ſãguinem una cũ ſubſtantia quidem aeria ualde/ nec admodum craſſa/ habere glutinoſum aliquem in ſe humorem atq; tenacem/ qualem ferme cũ ſubtilitate habet oleum oliuarum & humor anguillæ pinguis ſimul atq; tenuis: & oleum ex terebentina quadam ſublimatione tractum. Tu igitur alimenta ceteraq; omnia quæ ſanguinẽ pro uiribus humorẽq; talem efficiant diligenter eligito. Sanguis enim humorq; talis ſicut oleum flãmæ/ ita uitali calori pabulum eſt/ & una cum ſubtilitate habet etiam firmitatem. Præceptum enĩ Raſis eſt pro iuuentute ſeruanda/ rebus uti ſanguinẽ ad præcordia traducentibus/ ibiq; cõdenſantibus/ corq; foueẽtibus. Quod Auicẽna ꝓbat aquoſũ labilẽq; ſanguinẽ pręcipiẽs euitãdum. Differẽt aũt in hoc ꝓ differẽtia corporũ ratio ẽ habẽda. Nã ubi dẽſius corpus ẽ/ ad ſubtilitatẽ ſanguinis: ubi rarius/ ad craſſitudinẽ eiuſdẽ oĩbus ẽ remediis declinãdũ. Vbi media corporis habitudo/ uia ſimilirer media rutius imus. Nũq; tamẽ naturalẽ corporis habitudinẽ extirpare conabimur: alioqn uitã ipſã extirparemus. Expedit iſup meminiſſe/ ubi ſubtilitatẽ ſãguinis ualde ueremur: & ſtomachus ĩterea nõ ſit admodũ natura ualidus/ minutioribus ad craſſitudinẽ gradibus accedendũ eſſe: dũ gracilẽ hominẽ craſſioribus alimẽtis nutrire cõtẽdimuſ: & foueẽdũ ĩteri ſtomachũ: ꝓducẽ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

dum ſomnum. Exercitationem corporis pro uiribus augẽdam: animi minuendã/quæ plurimis ſępiſſime nocet. Ac ſi minus ferat alimẽta uiſcoſa nimiũ duraq; uel admodũ frigida: uſu ſaltẽ coral lorũ:ſãdalorũ:roſarũ:coriãdrorũ:mirobalanorũ:cidoniorũ & dia cidonion/ ſaccharoq; roſacei: ſtipticatũq; rerũ eã ſanguinis humo riſq; firmitatẽ deniq; cõſequemur:quã rebus nimium glutinoſis hic tuto cõſeq nõ ualemuſ. Cõmodiſſime uero ex nucleis pineis piſtaceiſq; & glycirhizæ ſucco & amido additis amigdalis dulci bus/earũq; oleo & cidoniorũ ſemine atq; oleo ſiſamino una cum ſacharo cãdidiſſimo aquaq; roſacea nutrienẽ/ qui uiſcoſa grãdio rũ aialiũ mẽbra cõcoquere nequeãt. Cõcedemus his præterea ex trema gallinarũ uel edorum & teſtudines & limaces atq; teſticu los. Vina dabimus nõ alba:ſed rubra ſtipticaq;/ & quodãmodo ſubamara. Aqua uinũ ferrea uel maſticea tempantes/ oleo quoq; maſticiſ cidoniorũq; cutẽ leuiter leniemus:& uerabimus interim quæ ſanguinẽ ſubtilẽ faciũt uel feruentẽ: niſi forſan nõ nihil cro ci uel cinamomi tenacioribus epulis infũdamus:ut & facilius cõ coquanẽ/& cocta p meatus anguſtos trãſferanẽ ad mẽbra. Diffici le nãq; eſt uiſcoſa uel alimẽta paulo firmiora ex ſtomacho nõ ad modũ ualido/uſq; ad digeſtionẽ tertiã/quartãq; pducere:niſi eiuſ modi uehiculis pferanẽ atque inſuper frictionibus leuibus pro uocentur Quas qdẽ cũ facies/ manibus eas molliotibus facito: ac memẽto madefacere manus odorifero quodã uino: in quo cã momillã mirtũq; coxeris atq; roſas.

Communis comedendi bibendiq; regula:& qualitas epularum Cap. vi.

Sed miſſa impræſentia faciamus obtuſiſſima hominum corpora uel renuiſſima:ad cõmunem uiuendi rationem perueniamus: communi mediæq; corporis habitudini prius accõmodatã. Caue ne ulla ratione meatus corporis uel ſu pra modum pateant uel nimium obſtruantur. Ibi enim in reſolu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

tione & iniuria extrinſecus inferenda diſcrimen: hic aũt in putre factione & ſuffocatione periculũ & ſi non artiſſimo regulæ freno quod Hippocrates damnat/te cohibeo: non tamẽ habenas tibi ad licentiã uſq; relaxo. Herbas & fructus humidiores accipe parce. Parcius lac & piſces/& utrũq; cũ melle. Parciſſime fungos/atq; cũ aromaticis ac ſemine piri. Similiter purũ aquę potum: atq; una cũ parcitate. Quæ humidiora ſũt uel piguia aromaticis acribuſq; cõdito: alioqn & humorẽ alienũ mẽbris plurimũ inferũt/ atq; putridũ: & ſi quẽ neceſſariũ naturę humorẽ ſuggerũt: hũc preſtãt citę admodũ corruptioni ſubiectũ. Quod nõ aliter q̃ aquoſũ uinũ cõ turbaſ celeriter & corrũpiť. Hic cita canities/& pallor rugoſitaſq; ſenilis. Carnes quoq; ſi quotidie comedanť/ ac ẽt ſi põdere pani ꝓpinquẽt/citã putrefactionẽ inferũt. Vnde Porphyrius pythagoreorũ antiquiorũq; auctoritate freţus eſum aĩaliũ deteſtať. Nõ ne homines accepimus ante diluuium longęuos aĩalibus pepciſſe? Quãq̃ medici nõ tam carniũ uſũ uetãt/ q̃ abuſũ. Deniq; humida tanq̃ putrefactioni obnoxia fuge: memoria tenens humidos/& pigues ſeneſcere citius atq; mori. Quod & Hippocrates ait: & res ipſa declarat. Siccißima rurſũ accipe moderate/ uel ſaltẽ liberiore tẽpera potu. Media tutus eligito. Tam & ſi Auicenna formã cibi paulo ſicciorem molli præponit ad canitiẽ euitãdã. Ad frigida nimium aut calida cautiſſimus eſto. Calida ſimul & humida ſequere. Si feruet aer/ epularũ humor caloręſuper. Si friget/calor humorẽ. Vtrobiq; uero modicus ſit exceſſus. Vbiq; calor & humor nõ nihil glutinoſũ habeat/atq; ſtipticum: ut illic mẽbriſ irrigatus humor inhereat firmius: ac diu ſub calore ꝑduret. Electũ triticũ & panis electus hoc ĩprimis habet. Deíde rubrũ ſtipticũq; uinũ parumq; dulce. Tertio pinei nuclei reſq; his tẽperie & lentore ꝓſimiles. Quarto carnes non humidæ ſimul atq; laxę/ut ſuillæ & agninæ lactentes. Medici tamen ueteres/ maxime Galienus ſuis carnes/& ſanguinem propter quãdam cũ corpore noſtro ſimilitudinẽ ualde cõmẽdat. Optimæ ſunt igiť ſimilibus corporibus/ut ruſticis & robuſtis corpuſq; multũ exercitãtibus: præſertĩ ſi quatri

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

duũ gariofilis/coriãdris pręparatis/ſale cõditę ſeruenť. Et ſãguis forſan utilis ſi cum ſaccharo coquatur defecatuſq; ad ſũmũ fuerit atq; liquẽs. Sed ut ad numerũ reuertamur/ nõ ꝓbãť carnes humidiores/quales diximus: nõ durę ſimul atq; ſiccę/quales ueruſtioris leporiſ atq; bouis: ſed medię quędã: ut gallinaceorũ/pullorũ/caponũ/pauonũ/faſianorũ/ꝓdictũ/forte ẽt pullorũ colũbinorum/ pręſertĩ domeſticorũ. Tales quoq; ſunt capreoli uituliq; iuueneſ: & ãniculi ueueces pariter atq; apri. Edoſ nõ ſpno lactẽtes caſeũq; recẽtẽ. Auiculas eqdẽ prętermiſi. Frequẽs. n. ſubtiliorũ alimẽtorũ uſus ſtomacho ſolũ cõuenit craſſiora minime tolerãti. Qui uero ualidior eſt/ fugacẽ ex his fumũ reportat uel humorẽ. Oua tamẽ gallinarũ nõ prętermitto: ſi uitellus una cũ albo comedať. Vitellus nãq; ſolus delicatorũ eſt nutrimẽtũ/nã Auicẽna ꝓbat nutrimẽtũ nullũ expedire magis ĩ diminutione ſãguinis/& diſſolutione ſpũs cardiaci q̃ uitellũ oui gallinę uel ꝓdictſ uel faſianę. Neq; forte ab re fuerit/anſeres nutrire ſpelta aqua ue nitida: ac poſt necem carnes ſale & coriãdriſ aceto præparatiſ cõditas dies ſeptẽ ſeruare prius q̃ edas. Ceruũq; ſimiliter: ſi ſtomachus fuerit ualidiſſimus Probabile nãq; eſt lõgæua quædã aĩalia ad uitã cõferre lõgęuã: ſi tamen huiuſmodi carnes iuuenes comedanť/ ſimiliterq; aliæ carnes uiciſſim ſunto tũ aſſę tũ eliſſę. Cibus eſto duplus ad potum. Panis duplus & ſexqualter ad oua: triplus ad carneſ: quadruplus ad piſces/herbas/ fructus humidiores. Ne icipiat a potu menſa: neq; potus ſit ſemel uberior. Sẽp ſtiptricũ aliqd abſq; potu uel modico ſequať mẽſã. Vbi cõplexio/ętas/locus/tẽpus ad calidũ ſiccũ ue labitur: tu quoq; pauliſp ad oppoſita declinato. Vbi ad frigidũ/aut humidum/ſimiliter ad oppoſita uergito. Vbi temperies/ ſeruato temperiem. Eatenus autẽ exercitationi qdẽ corporis eſt addendũ & aĩ detrahẽdũ: quatenus epulis ueſcimur durioribus ad diuturnitatẽ uitę aliquãdo forſitan neceſſariis. Mẽſę tibi ſint ĩ nouẽ diei horiſ/duę: & utrobiq; parcę. Parcior uero cęna. Exercitationes corporis duæ ferme poſt digeſtionẽ primã ad ſudorem quaſi ꝓducrę. Sõnus qdẽ nocturnus/qa ſẽp eſt neceſſarius/ſemp

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

bonus. Diurnus aũt / niſi admodũ neceſſarius / nunq̃ bonus.

Ne utaris alimẽtis quæ cito putreſcunt: nec in eiuſmodi regionibus habites. Viuũ & triticum pręcetteris elige: putrefactionem & reſolutionem fuge. Cap. .vii.

Animalia uero quecũq; in noſtrã cuſtodiã ueniũt mundis electiſq; alimẽtis nutriẽda ſunt ãteq̃ ueſcamur. Atq; hęc & alia oía ex paſcuis altioribus & odoriferis eligenda ſũt. Inter hęc regulã ante oẽs ab Arnaldo philoſopho cõprobatã memori ſẽper mẽte tenero. Animãtes / herbas / poma / fruges / uina / ex altis odoriferiſq; ut diximus regionibus eligere oportere: quas uẽti rẽpati ſerenãt: Suaues ſolis radii fouent: Vbi aquę nullæ ſtagnãt: Culta ſterquilinio nõ pingueſcũt: ſed humore natiuo. Vbi etiã quæcunq; naſcunt̃ / diu pmanẽt incorrupta. Hic dũtaxat habitandũ eſt: his quoq; ueſcẽdũ. Neq; cõfidẽdum eſt / ex alimẽtis quæ breui putreſcũt / humorẽ nos cõparaturos diuturnũ & a putrefactione remotũ. Neq; ſperandũ facile nos diu uicturos / ubi terræ fructus incorrupti diu nõ cõſeruant̃. Vbi rari admodũ homines ſunt lõgæui. Quãtũ uero ſit in loco uictuq; diſcrimen / pomũ declarat pſicũ: in pſia quidẽ uenenũ / in ægypto cordis amicũ. Et elleborus ĩ antiqua ĩpune ſũptus: alibi uero uenenũ. Ariſtoteles habitationem eligit altã ad meridiẽ oriẽtẽq; ſpectãtẽ / ſub aere ſubtili / nec humido: nec frigido. Et Plato longæuos ĩ editiſſimis atq; rẽpatis repperit regionibus. Deterrimũ uero ẽ ſtercorare agros / uel aquas ſtagnãtes ex agris minime deriuare. Oía enim illic citę corruptioni ſubiecta naſcuntur. Quam obrem eos nõ uituparenon poſſum / qui ſapientem Heſiodũ iccirco uituperãt q̃ in re ruſtica ſterquilinũ prætermiſerit. Sed ille prudens ſalubritati potius q̃ fertilitati conſuluit. Satis autem ex lupinorum fabarumq; foliis rẽpeſtiue ſub uerſis agrum pinguefieri poſſe putauit. At uero ſi regiones humidiores ĩmundaſq; colere / & alimenta minime duratura ſũmere cõpellamur: Eũ quaſi ſeruemus uictũ / quẽ ſub aere peſtilẽti medici

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

mandauerunt. Qua de re inlibro cõtra peſtilentiã ſatis egimus. Summatim uero ſuauibus & quodãmodo calidis utemur odoribus. Aloe rite prẽparata ſẽpe leuiterq; purgabimur. Rite uero prẽparatã dicimus: ſi lota fuerit aqua roſacea/uel ſucco roſarũ/aut ſi cũ roſis recẽtibus contritiſq; fuerit pfecte cõmixta. Deinde addatur ei mirobalanus/atq; maſtix/& forte roſa. Medicina hæc extra controuerſiã mirabilis ẽ ad cõſeruandã diu/ mentẽ ſanã in corpore ſano. Prẽterea corpus exercitabimus. Oportuno utemur foco. Hoc puluere epulas cõdiemus/ mirobalanorũ emblicarũ ſit pars unciẽ quarta: Sandalorũ uero dimidia: cinnamomi integra: octaua croci. Hoc itaq; puluere rebuſq; ſimul actibus iminentẽ ex putridis alimẽtis & locis corruptionẽ forſitan inhibere poterimus. Meminerimus autem: ubi multo plures putrefactione ſuffocatio neq;/q̃ reſolutione/pereũt: ibi putrefactioni & ſuffocationi maxime reſiſtendũ. Vbi uero cõtra: uiciſſim uti cõdimẽtis aromaticis & quodãmodo auſteris (ut diximus) odoribuſq; ſimilibus quouis tẽpore putrefactionẽ prohibet. Vngi oleo/frigoris iniuriam. Vti lauacris ex aqua & oleo: reſolutionẽ ex labore uel calidis tẽporibus iminentẽ. Similiter os aqua ſẽpe colluere: Succũ glycirbizẽ uel ſacharũ criſtallinũ ore tenere. Aqua roſacea multa/paucoq; aceto roſaceo manus faciẽq; pfundere: Similibuſq; odoribus uti. Septima quaq; hora alimentis modicis recreari: Corpore ſimul & animo cõquieſcere/calore uitato. Plurimũ uero intereſt quale ſit triticũ atq; uinũ/quibus aſſidue ueſcimur. Hæc ergo ſint talia/ut ultra annũ & potius ad triennium integra pſeuerent: Si modo incorruptibilẽ ex his alimoniã ſperare debemus. Vinũ ſiue album ſiue rubrũ ſit/eſto clarũ: ſuaue: ſtipticũ: odoriferum: & quod indigeat aqua. Niſi forte uinum reppereris/leue ſimul atq; durabile: quod rariſſimũ eſſe ſolet. Quod uero ualidius eſt/philoſophus Iſaach uinum dicit eſſe uinoſum coctum ſole/uẽtiſq; purgatum. Quod aqua fontis puri tempari iubet: aliquandiu antea q̃ bibamus: ut perfectius miſceatur. Aquoſum uero uinum atq; debile

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

uel acerbum: fugiendum monet: utpote quod intra uenas & mẽ bra acidum cito fiat/ aut aliter putrefiat. Vinum quidẽ aquoſum putrefactioni ſubiectũ/ ſi cõſeruata eius ſubſtãtia coctum fuerit/ hoc ſaltẽ erit utile/ alioqn nõ laudatũ/ quod humorẽ corruptibi lem nõ creabit. Sed acumẽ eius aqua electa tẽpandũ erit. Vinũ uero quale probauimus/ Iſaach ex antiquorum ſententia tiriacis magnis ĩquit eſſe pſimile. Quod (ut diximus) tẽperatum habitu dinem corporis frigidã calefacit/ refrigerat calefactam/ humefacit ſiccã/ humidiorẽ uero deſiccat/ atq; (ut Galienus ait) naturalẽ hu morẽ recreat/ calorem fouet/ utrunq; cõtẽpat. Miſcere uero uinum eiuſmodi magis neceſſarium eſt iuuenibus: minus ſenibus: frigi dis uero ſenibus/ minime. Frigida nãq; duraq; ſenectus (ut ĩquit Plato) ita mero feruet atq; molliẽ: ſicut uel igne ferrum: uel aqua lupini. Quod diximus p uinum oppoſita fieri/ atq; diſſidẽtia tẽ perari: Scito etiã p glycirhizam fieri: ſed debilius. Fieri etiam per oleum roſaceum: ſed extrinſecus. Hęc ergo tibi familiaria ſunto. Neq; diffidas q̃cqd & qualitate tẽpatũ eſt/ & uirtute potẽs/ poſſe reliqua tẽpare: ſicut frigus alia frigefacere. Id ĩprimis habere tẽpa mẽto iouiſ: quo etiã ſaluberrima ſũt. Sed de his alibi diſputãdũ.

Dieta: Victus: Medicina ſenum Cap. viii.

q Vi ſeptimum iam ſeptenatiũ impleuerũt q̃nquageſimum attingentes annũ/ cogitẽt Venerẽ quidẽ ſignificare iuue nes: Saturnũ uero ſenes/ atq; has apud aſtronomos ſtellas inter ſe maxime omniũ inimicas exiſtere. Rem ergo Venereã Saturnii fugiant: quę iuuenibus etiã uitæ plurimum detrahit. Non. n. na tis cõſulit: ſed naſcituris: ipſaſq; etiã herbas ſtatim p̃ducto ſemi ne ſiccat. Præterea frigus aerẽq; nocturnum lętiferum ſibi putẽt. Atq; eum omnino uictum ſeruent: ex quo ſanguinẽ plurimũ ſpe rent/ ſpiritumq; q̃plurimum: ex uitellis uidelicet ouorum recenti bus: uino aliq̃tum q̃dem dulci: odorifero uero q̃plurimum. Nã

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

hic uitellus ꝑprie cordis ſanguinem/uinum prę̃cipue ſpiritum re creat. Carnibus electiſſimis cocruq; facillimis ōi ſummatim uan tur dieta calidū pariter & humidum augēre. Spiritum odoribus præſertim uini aſſidue recreent. Vigiliam & inediam ſitimq; deui tēt laborē rurſus corporis atq; animi & ſolitudinē & mę̃rorē. Mu ſicā repetant ſi forte intermiſerint: nunq̃ intermittendam. Ludos quoſdā & mores quoad decet olim ante actæ pueritiæ reuocent. Difficillimū nāq; ē (ut ita dixerim) reiuuenęſcere corpore: niſi ige nio prius repuereſcas. Itaq; in omni etiā ætate magnope cōducit ad uirā nō nihil pueritię̃ retinere/& oblectamēta uaria ſemp aucu pari. Longū uero ꝑfuſumq; riſū minime: ſpūm nāq; nimis ad extre riora dilatat. Sed redeamus ad ſenes. Hi præterea ſi frigeāt/ fomē ta perāt aromatica & calida ſimul atq; humida. Meminerint pue rile nō eſſe/ puerile illud Auicēnę̃ fomētū: factū quidē a Dauide: ſed tardius forte factū. Fomētum ſeni mirificū. Medulla recentis adhuc calētiſ panis infuſo maluatico uino cū puluere mentę̃: ap poſita ſtomacho & ſæpe ad olfatū adhibita. Nā & medulla eiuſ modi etiā ſola Democrito iāiā expiraturo retinuit ſpiritū quoad placuit fugitiuum. Prę̃terea frictionibus utanē̃ leuibus/ſeu quan doq; lauacris nutrimentū ꝑuocantibus ad extrema. Nucleos an te omnia pineos uidelicet ablutos familiares habeāt. Hoc.n. nu trimētum medici ueteres ſenibus aptiſſimū probauerunt. Calidū enim & humidū eſt & pigue: & oēm lenit aſperitatem: atq; ſimul quod mirū eſt dum naturalē humorē auget/interea ſupfluum de ſiccat: putridūq; expurgat humorē. Sunt qui nucleorū eiuſmodi drachmā unā quotidie poſt cibos exhibēt ſenibus comedendā. Ego drachmā quoq; alterā ieiuno ſtomacho ſenibus exhiberem: uel recēs/calēs/auratum/pinucleatū. Cōponerē quoq; electuariū hoc pacto. Sūme amigdalarū dulciū mundarum unciasquatuor: rantūdem eiuſmodi nucleorū: piſtaciorū duas: unā ſeminum cū cumeris: unā nucū auellanarū mundarū: contunde/coque una cū cādidiſſimo ſaccharo: cui ramē addideris unā zinziberis recēris

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

conditi drachmam croci dimidiam: muſci tertiam: ambræ tantũ dem. Saccharum aqua meliſſæ ideſt citratę roſarumque fundito: Multa auri folia his adhibito. Huius enim uſu quotidiano ui tam ſenes ualidiorem longioremque conſequentur. Poſſunt & in mẽſa hoc accipere: & pluribus horis ante mẽſam. Vtilius autẽ tunc erit: ſi quid albi odorique uini una cum cõfectione eiuſmo di biberint. Temporibus uero calidioribus ſaccharum roſaceũ una cum auri foliis/ & condite mirobalani uitam ſenibus proro gabunt. Theriacam nemo dubitat ad idem humidis conueni re perſonis atque temporibus. De cuius uſu ſatis in libro ſupe riore dictum. Nemo etiam negabit his prodeſſe admodum ra dices Inulę/ beeniaſque radices/ albas ſimiliter atque rubeas: ma xime uero recẽtes. Illam quidem pro nutrimento: has etiam pro aromate. Et omnia ſimpliciter calida/ humidaque/ & aromatica ſi mul & ſtiptica/ ſimulque pinguia. Certum eſt Senes electo gly cirhizæ ſucco familiariter uti debere. Tradunt enim glycirhizam eſſe humani corporis calori pariter & humori perſimilẽ: Præterea uariis ſenum morbis opitulari. Lac quoque amigdalinum/ & amidus cibus familiaris eſto/ & ſaccharum/ atque paſſulæ.

Raſis Triferam ex mirobalanis indis/ emblicis belliricis con fectam. Item Mirobalanos indas conditas ſaccharo/ non ſolum ad retinendam: ſed etiam ad retardandam ſenectutem ualde pro bat. Auicenna laudat Triferam mirobalanorum maiorem atq; minorem. Rurſus confectionem de ſquama ferri/ maxime uero auri. Iubet quotidie mandere mirobalanos pręcipue chebulas ri te conditas ad differenda ſenectutis incommoda.

Naturæ Aromatum & Cordialium neceſſarie. Et rurſum qualis ſenum uictus Cap. viiii.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

f Cito mirobalanis uarias ineſſe uirtutes. Vnam quæ mirabiliter ſuperfluum exſiccat humorem/unde caniriem prohibet. Secundam quæ humorem colligit naturalem/ & a corruptione ſimul/ & inflammatione tuetur. Vnde uitam producit ī longum. Tertiam: quæ ſtiptica aromaticaq; potentia/ uirtutem & ſpiritum naturalem/ & animalem congregat/ & fouet/& roborat. Hinc aliquis uitæ lignum ī paradiſo mirobalanum forte fuiſſe putabit. Simile quiddam ferme faciunt aurum & argentum/ corallus/ſpodiumq;/ & prerioſi lapilli: quāuis pro aromatica uirtute facultatem afferant illuſtrandi. Tu uero memẽro aromatica tunc maxime prodeſſe nobis ad uitam/ ut ſupra ſignificauimus/quando cum uigore quodam aromatico/humida ſunt pariter atque calida/ lentoremq; pinguem habent: commodum augumento: Quales ſunt imprimis radices beeniæ albæ ſimiliter/atque rubẽres: pręſertim recentes. Aut ſaltem quando cũ uirtute quadam ſubtili/odorifera/& acuta/ ſubſtantiam denſam habeant:& ſtipticam ualde proprietatem: Qualis utique compoſitio inter cordialia frigida primum mirobalanis ineſſe uidetur/ & ſuccino. Deinde roſis & ſucco & ſemini citri. Tertio ſandalis & coriandris/atque myrto/ceteriſque ſimilibus. Inter calida uero cordialia zedoarie: ligno aloes: citri cortici:& chariophilis: nuci muſcatæ: maci: olibano: maſtici: atq; doronico. Qualem etiam ſaluię experimur ineſſe. Tradũt ambram/ & muſcum ſtipticam habere uirtutem. Zinziber autem ob quandam eius humiditatem pręſertim recens & conditum ſenibus ſæpe prodeſt. Sed hoc & chariophilus propter caloris uehementiam/caute uidetur accipiendum. Zedoaria quoque caute/ tametſi tiriacæ ſimilis iudicatur:& ſtipticam ſimul atque pinguem naturam habet/ſenibus cõmodiſſimã. Ambra pp calorẽ quaſi temperatũ/tuto ferme ſumit. Ac pp lẽtorẽ cũ ſtiptica ſubtilitate mixtũ pręrogatiuã habet ad uitã in mẽbris & ſpiritibus cõfirmãdã. Tum uero ſi ex ea fiat aqua cutiſq; laueť: digeſtionẽ quartam reſtituit. Ac morbos eius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

defectu cõtingẽtes expellit. Aromatica uero quę ſubtilẽ admodum ſubſtantiã habent: qualem cinnamomum/atque crocus/cordialibus frigidis & durioribus ſunt miſcenda. Nam aromatica ſi tantum calida ſubtiliaq; ſint/& ſola ſũmãtur/ naturalem calorem nimis excitant/humorẽq; diſſoluunt. Neceſſaria tamen ſunt/tum frigidioribus & humidioribus epulis concoquẽdis: tum cordialibus duris ad præcordia tranſferendis. Te nãq; latere non debet: humorem ipſum uitæ neceſſarium primas in corde ſedes habere & arteriis ueniſq; eiuſdẽ: Quod Iſaach perſpicue docet. Atq; ut Auicenna probat/hic humor naturali ceterorum membrorum humore frequenter irrigatur atq; fouetur. Quapropter cauendũ eſt: ne mẽbri ullius humor caſu quopiã arefiat: multoq; magis/ ne præcordiorum humor cõminuatur. Atque ut nutrimenta/uel fomẽta/ & cordialia omnia per anguſtos meatus ad pręcordia latiſſime perferantur/his inſere crocum. Vt uero ſiſtantur ibi/mirobalanos adhibe. Vt autẽ conſequaris utrunq;: accipe inter calida muſcum/atque ambram. Inter frigida roſas atq; myrtum. Memẽto dulce maratrum ſenibus profuturum. Nam & nutrimẽtum p membra diffũdit: & qua facultate lac/eadem humorem auget naturalem. Vnde Diaſcorides maratro ſerpentes ait annuam exuere ſenectutem. Probamus & ſaluiam. Hæc enim naturæ uirtutem temperate calefacit/& firmat/ paralyſim propulſat. Probamus & moderatum cõditi zinziberis uſum. Habet enim cum calore pinguedinem.

De auro & aureis alimentis & recreatione ſenum Cap. x.

a Vrum omnes ante omnia probant/tanquam omnium rerum tẽperatiſſimũ & a corruptione tutiſſimũ. Soli qdẽ ꝓpter ſplẽdorẽ/ Ioui aũt ꝓpter rẽpantiã cõſecratũ: ideoq; poſſe calorẽ naturalẽ cũ humore mirifice tempare: humores a corruptione

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

ſeruare: Solarem/ & Iouialem ſpiritibus/& membris inferre uirtu
tem. Verum tamē optant duriſſimam auri ſubſtantiam/ſubtilio
rē facere/penetratuq; facillimam. Nouerunt enim cordialia tunc
maxime latētem cordis recreare uirtutem/ quādo in eis attrahen
dis minime natura laborat. Vt aūr minime fatigetur/uel ſubtiliſ
ſima iam effecta/uel cū ſubtiliſſimis ſunt exhibenda. Primū fo
re putant/ſi abſq; aliena permixtione aurum potabile fiat. Sin mi
nus poſſit/contuſum/ & in folia redactū accipi uolūt. Aurū fer
me potabile habebis (ut dicā) Collige flores boraginis/buglo ſ
ſę/meliſſę/quā citrariam nominamus: & quando luna leonem ſu
bit uel arietē/uel ſagittarium/ aſpicitq; ſolem/aut louem: Coque
cum candido ſaccharo/aqua roſacea liquefacto: & p qualibet un
cia inſere diligenter auri folia tria. Ieiunus cū uino quodā aureo
ſūme. Item aquam ex capone deſtillantē foco uel aliter conſūpto
una cum iuleb ſūme roſaceo: in quo auri folia quędā ante contu
deris. Prętera in nitidiſſimā fontis aquā aurum extingues igni
tum. Cum eadem auri cōtundito folia. Eadē uinum aureum tem
perato: & una cum eiuſmodi potu comedito recentē oui uitellū.

Facile uero i tota corporis arbore ſeruabis humorem/ſi in radi
cibus conſeruaueris. Accipe igitur gallinarum/ & pullorum eiuſ
modi atq; caponum cor/iecur/ſtomachum/teſticulos/ cerebellū:
Coque aqua modica: minimo ſale. Cocta contūde ex tota carne
& toto iure & ſaccharo: addito recētis oui uitello: fac placentam
modico cinnamomo crocoq; conditam/& auratam. Hac ueſceris
exſurgens ſemel/ſaltem quarto quoq; die. Et tunc qdem ſola cla
ro tamen ad potum addito uino.

De uſu lactis ſanguiniſq; humani pro uita ſenū Cap. xi

ſ Aepe poſt decimū ſtatī & nōnūq̄ poſt nonū ſeptēnariū ar
bor humana arefacto paulatī humore tabeſcit. Tūc primū
humano iuueniliq; liquore irriganda eſt hæc arbor humana: quo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

reuiteſcat. Eliges ergo puellam ſanam/formoſam/hilarem/tempe
ratam/& famellicuꝫ lac eius fugito creſcente luna: ſtatimq; come
dito maratri dulcis modicum puluerem ſacharo rite confectum.
Sacharum quidem lacĩ uentre cogi uel putrefieri non permittet:
maratrum uero cum & ſubtile ſit/& lactis amicũ dilatabit ad mẽ
bra. Quos hectica ſenilis exedit medici diligẽtes liquore huma
ni ſanguinis qui arte ſublimi deſtillauit ad ignem/reficere moliũ
tur. Quid ergo prohibet quo minus ſenio iam quaſi cõfectos in
terdum hoc etiam potu reficiamus? Cõmunis quædam eſt/ & ue
tus opinio: aniculaſ quaſdam ſagas: quę & ſtriges uulgari nomi
ne nuncupantur: infantium ſugere ſanguinem: quo prouiribus
iuueneſcant. Cur nõ & noſtri ſenes omni uidelicet auxilio deſti
tuti/ ſanguinem adoleſcentis ſugant? uolentis inquã adoleſcen
tis/ſani/lęti/temperati: cui ſanguis quidem ſit optimus ſed forte
nimius: ſugent igitur more hirudinũ ex brachii ſiniſtri uena uix
aperta/unciam unã aut duas. Mox uero ſachari uiniq; tantundẽ
ſumment: idq; exſurientes/ & ſitibundi facient creſcente luna. Si
crudus ægre concoquitur: coquatur prius una cum ſacharo: uel
ad aquam calidam moderate deſtillet ſacharo mixtus. Deide bi
batur. Fouere quoq; ſtomachum tũc ſanguine ſuillo præſens au
xilium eſt. Quem utique ſanguinem e uena ſuilla fluẽtem ſpon
gia calente uino madefacta combibat: & ſtomacho ſtatim calẽs
admoueatur. Galienus atq; Serapio morſum rabidi canis ſangui
nis canini potu curari dicunt. Rationem uero illis aſſignare non
placuit. Ego igitur biduum eam queritans/opinor deniq; ſaliuã
canis rabidi uenenoſam impreſſam hominis pedi lęſo/per uenas
paulatim ad cor adſcẽdere/more ueneni/niſi qd ĩterea diſtrahat.
Si igiẽ interim canis alterius ſãguinẽ ille biberit: ſanguis ille cru
dus ad multas horas natati ſtomacho/ eũ deniq; uelut pegrinũ
deiecturo p aluũ. Interea caninus ſanguis iſte ſaliuã caninã ſupio
ra mẽbra prẽnſantẽ priuſq; ad prẽcordia ueniat/deriuat ad ſtoma
chum. Nam & in canino ſanguine uirtus eſt ad ſaliuã canis attra

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

hendam:& in ſaliua uiciſſim uirtus ad ſimilem ſanguinem proſe quendum. Venenum igitur a corde ſemotum/ſanguiniq; imbibi tum in aluo naranti/una cum ſanguine per inferiora deducitur: hominemq; ita reliquit incolumem. Quorſum hæc? Primo quidē ut rei tā occultæ ſuccurrentē inter diſſerēdum cauſam aperuerim. Deinde ut moneam:ſanguinem potari poſſe/& quidē ſalubriter. Atq; in ſanguine humano uirtutē eſſe: qua humanū ſanguinem attrahat & mutuo proſequatur. Ne forte diffidas iuuenilem ſanguinem a ſene bibitum trahi ad uenas/membraq; poſſe ibiq; prodeſſe q̄plurimum.

Dieta/habitatio/conſuetudo ſenū. Cap. xii.

m Eminiſſe decrepitos expedit: naturā debilē non eſſe nutrimentorū pondere fatigandā:uel etiā epularum diuerſitate nimia diſtrahendā. Nam & iuuenilis ætas hoc uitio fit cito ſenilis. Diuidant ergo menſas:nec tam multa naturam alimonia q̄ frequenti reficiant/interuallo tamen interim ad digeſtionē dato. Nā ſępe etiā poſtq̄ ſtomachus ipſe cōcoxerit: niſi & iecur quaſi digeſſerit/ſūmere nutrimentū:naturā diſtrahit/atq; fatigat:quaqdē laſſitudine ſępius frequētata aduolat irēpeſtiua ſenectus. Senes hieme uelut oues aprica petāt:ęſtate uelut aues amęna riuoſq; reuiſāt. Frequēter iter uitētes uerſēt plātas: & ſuauiter redolētes. Hæ nāq; uiuentes/ſpirātesq; conſpirāt ad ſpiritū hominis augendum. Ad loca uero cōiter apibus amica cōfugiant. Mellaq; hieme deguſtēt. Mel.n. cibus ē ſenibus iprimis amicus:niſi ubi bilis timet incēdiū. Amicus caſeus recētiſſimus. Amici dactili:ficus:paſſulæ:cappares:dulcia punica:ziziba:iſopus:ſcabioſa:bectonica: ſed piſtacia multo magis. Pinei uero nuclei maxime oīum/ſicut diximus. Ex qbus plurimū referēt adiumentū/ſi eos horas duodecim in aqua paulū calida teneant priuſq; edāt. Sic.n. ſtomacho non nocebūt. Ac pręterea/ſi dū his utunt̄/ēt inter pineta & oliue

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

ra uiteſq; uerſentur: aut ſalrem pini uaporem accipiãt/& odorem. Item gummi lachrymæq; pini cum oleo uel uino/corpus ſæpe deliniant. Probabile enĩ eſt arbores longa naturaliter uita dotatas præſertim ſi etiã hieme uiteſcãt ad longã tibi uitã/umbra/uapore nouo fructu/ligno/& tempeſtiuo quolibet uſu prodeſſe. De animalibus aũt longęuis ſupra diximus. Iam uero ad idem tibi forte cõducet/ſi uiuas plurimũ penes eos/qui ſani/tibi ſano natura ſint ſimiles & amici. Ac magis forſan ſi paulo iuniores. Vtrũ uero/ & quomodo frequẽs adoleſcentũ conſuetudo patũp ſenũ retardare ualeat pudicus Socrates conſulendus.

Quæ adminicula ſenes a planetis accipiãt ad omnia membra fouenda. Cap. xiii.

u Erum cõſulite potius ſolliciti ſenes Apollinẽ: qui Socratem græcorum ſapientiſſimũ iudicauit. Cõſulite Iouẽ inſuper/atq; Venerẽ. Phębus ipſe artis medicinę reptor/nucemuſcatã uobis fouendo ſtomacho dabit. Iuppiter/cũ Phębo maſticen/atq; mentã. Venus uero corallũ. Fouẽdo rurſum capiti. Phoebus peoniã rhus amaracũ & cũ ſaturo myrram . Spicam nardi macẽq; Iuppiter. Venus deniq; dulce maratrum atq; myrtum. Ad cor uero fouendum accipietis a Phębo quidem citrariam. Crocũ lignũ aloes/rhus/ambram/muſcũ/doronicũ/modicum cariofilum/citri corticem/cinamomũ. Ab Ioue lilium: bugloſſã: ocimũ: & mentã: beeniaſq; radices/& cãdidas pariter/& rubẽtes. A Venere ſola quidem myrtum/& ſandalũ/atq; roſã. Vna cũ Saturno coriãdrũ. Hęc uos cõtũdite diligẽter: & quæ ſtomachi ſunt cydoniorũ oleo in formam ceroti conficite. Quę uero capitis: oleo ſpicę perfundite/ac illinite ceruicem/tempora/frontem. Quæ deniq; cordis: aureo uino ſpargite/ aquaq; roſacea. Eaq; foris præcordiis admouete. At iecur imprimis creando ſanguini neceſſariũ neſcio quomodo prætermiſimus. Huic ergo ſemper eupatorio & opobalſamo Phębus opitulabitur. Piſtaceis Iuppiter: atque paſſulis. Venus autẽ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

epatica:endiuia:ſpodio:cicorea. Lieni rādem fouendo Saturnus ille ueſter/una cū Ioue capparim dabit uobis ſcoloſpendriam/ra mariſcum. Sicut ueſſicā Iuppiter/cū Venere. Pina: glycirhiza:ami do:cucumeris ſeminibus:malua:altea:māna:caſſia:curat. Satur num uero uerendū pluribus:ne adeo uos fugite ſenes. Hic.n.q̄ pegrinus eſt iuuenibus/tā uobis domeſticus erit. Vt igit̄ rorum ipſe quoq; uobis corpus uegeret pro uiribus/ atq; cōfirmet: acci pietis nō nunq̄ ab eo regnāre pariterq; a phębo mumiā ſimul/& anſeris aſſi pulpā hęc anſeris adipe modico delinite. Cōtundite diligenter. Mirobalanorū chebularū atq; indarū melle concoqui te: Ambra/muſco/croco cōdite. Ante oia uero hæc uobis ꝓfutura confidite. Credentes medicinarū ad uitā conferentiū/ uitā eſſe fi dem. Qua ſpereris/ & deum ſupplicātibus uobis adſpiraturum. Et res ab eo creatas:prēſertim cęleſtes mirificam proculdubio ad augendā uel cōſeruandā uitā habere potentiā.

Cōfabulatio ſenū ſub Venere ꝑ uirētia prata Cap. xiiii.

Sed a grauioribus his numinibus/ad Venerē parumper uos ꝑ hortos & prata ſenes uirentia reuoco. Ad almam Venerē uos oēs aduoco. Non ludentē quidē uobiſcum: ſed iocā rem. Hęc & uobis inq̄/ & mihi iam ſeni. Primo quidē iocoſū hoc fundit oraculū. Ego filii/ſi neſcitis/ uoluptate motuq; uobis ui tam dedi. Ego igit̄ uoluptate quadā motuq; & ſi nō ſimili uobis ſeruabo uitā. Eādem quoq; ſeruabit libertate liber/ uitiſſator/pro pagator uitę. Liber ipſe ſemp odit ſeruos:& quā uino ꝓmittit ui tam/ſolis liberis impler longā. Meæ qdem uitę ſimul/atq; menti quondā profuit regnāre Saturno diminuta menta/ placetq; quo tidie. Vobis aūt maior mēta menti uitæq; prodeſt. Diminuta no cet. Riſum ex meis hortis legite. Negligite ficū. Has uero uiolas quādo carpitis/carpere uos exiſtimate lilia:prehendēres liliū/cō prehēdere crocum. Crocū a phębo Iuppiter ipſe nactus ꝓpagauit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

ſ liliũ. Liliũ ego à Ioue ſuſcipiẽs/in has/quas hic uidetis uiolas/ tranſformaui. Deniq; roſa quidẽ uobis eſto lucifer. Heſperus ue ro mittus. Poſt oraculũ nobis cogitandũ mãdat: rerũ uiridiũ na turam: quatenus uirent/nõ ſolũ eſſe uiuã: ſed etiã iuuenilem: hu moreq; prorſus ſalubri/& uiuido quodam ſpiritu redundantem. Quapp odore/ uiſu/uſu/ habitatione frequẽti iuuenilem ide ſpi ritum nobis influere. Inter uirentia uero deambulãtes interim cauſam pquiremuſ. Ob quã color uiridis uiſũ præceteris foueat/ ſalubriterq; delectet. Inueniemus tãdẽ naturã uiſus eſſe lucidã: ac lucis amicã: Volatilem tamẽ/ac facile diſſipabilem. Idcirco dũ per lucem ſe dilatat/uelut amicã/interdũ nimio lucis exceſſu rapi prorſus: & uehemẽti dilatatione diſſolui. Tenebras aũt naturali ter uelut inimicas fugere: ideoq; radios ſ anguſtum inde retrahe re. Optat uero uiſus ita perfrui lumine/ ut per amicũ hoc ſuũ am plificetur quidem: nec tamen interim diſſipeť. Iam uero in quo cunq; colore plus admodũ tenebratũ: ſiue nigredinis eſt q̃ lucis: non dilatať: nec ideo delectať radius uiſus ad uotum. Vbi uiſi ſim plus admodum ſplẽdidi coloris eſt q̃ nigri/ſpargitur latius/ noxia quadã uoluptate diſtractus. Quamobrẽ color uiridis ma xime omniũ nigrũ cũ cãdido tempans/præſtat utrunq; : delectãs pariter/atq; conſeruãs. Et molli inſuper & adhuc tenera qualitate ſicut & aqua radiis oculorũ abſq; offenſione reſiſtit. Ne abeũtes longius diſperdanť. Quæ.n. dura ſunt ſimul & aſpera/frangunt quodãmodo radios. Quæ uero rariſſima ſũt/ diſſolutioni aditũ patefaciũt. Sed quę ſoliditatem aliquã habent: lenẽq; ſimul ęqua litatẽ/ſicut ſpecularia corpora/nec ipſa qdẽ frangũt: neq; longius diſperdi permittunt. Quæ denique pręter hæc beneficia/ tenera quoq; ſunt & mollia/ſicut aqua reſq; uirides/liquidis oculorũ ra diis mollitia blãdiunť. Deniq; uiſus radius quidã eſt ſ quadam oculorũ aqua naturaliter nobis accenſus. Ac tempatum lumẽ in aqua quodãmodo reſiſtente requirit. Itaq; gaudet aqua. Delecta tur ſpeculis aquæ ſimilibus. Viridibus oblectať. In quibus ſane

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

uiridibus ſolis lumen inſitum adhuc uernũ ſecũ habet humorẽ/ aquãq; ſubtilẽ occulto quodã lumine plenã. Ex quo fit etiam: ut color uiridis cũ tenuaſ/ in croceũ reſoluaſ. Quorſũ hæc? Vt itelligamus frequentẽ uiridiũ uſum/ ſiquidẽ uiſus ſpiritũ recreat: qui in animali ſpiritu quodãmodo pręcipuus eſt/ animalẽ quoq; reficere. Atq; etiã meminerimus: ſi color uiridis: quia iter colorũ gradus medius atq; tẽpatiſſimus ẽ/ tãtum animali ſpiritui ꝑdeſt/ multo magis quæ per qualitates tẽperatiſſima ſunt/ naturalẽ & uitalẽ ſpiritũ iuuatura: atq; admodũ profutura nobis ad uitam. Nihil in mundo tẽpatius eſt q̃ cęlũ: nihil ſub cęlo ferme tẽperatius eſt q̃ corpus humanũ. Nihil in hoc corpore tẽpatius eſt q̃ ſpiritus. Per res igiſ tẽpatas uita ꝑmanẽs in ſpiritu/ recreaſ. Spũs ꝑ tẽperata cęleſtibus cõformaſ. Deniq; diſcamus ex temperie uiridis/ quæ illuminãdo/ æque cõgregat animalẽ ſpũm/ atq; dilatat: ideoq; maxime iuuat/ nos quoq;/ i cordialibus eligẽdis/ cõponẽdis/ utendis/ aromatica ſubtilia & acuta/ quæ ſpũm extẽdere/ uel etiã illuminare ſolẽt: quod facit crocus atq; cinamomũ/ cũ aromaticis ſemp ſtipticis cõgregantibuſq; ceu mirobalanis & ſimilibus commiſcere. Atq; uiciſſim. Neq; prætermittere: quæ abſq; acumine etiã aromatico/ ſimul utrunq; conficiunt. Aliq̃ tum uidelicet dilatãt: atq; admodũ congregãt: multũq; illuminãt: quæ & alias nat rauimus: quod efficit autũ/ argentũ/ ſpodiũ/ corallus/ electrũ/ ſeri cũ/ pretioſi lapilli/ inter quos iacintus/ uel ore detentus ob iouiale tẽpiem plurimũ cõprobaſ. Cum eni ſub terra nequeãt ſpetiſſima & quaſi cęleſtia ꝑcreari abſq; ſũmo quodã beneficio cęli: probabile eſt rebus eiuſmodi mirificas cęlitus ineſſe uirtutes. Cõpoſitio uero eiuſmodi/ quæ dilatãdo/ & illuminãdo ſpiritũ æque cõgregat/ ita delectat eũ intrinſecus atq; recreat/ ſicut foris uiridiras oculos: atq; ipſũ etiã apud ſenes in naturali quadã uiridirate diutiſſime ſeruat: quaſi laurũ/ oliuã/ pinũ/ etiã hieme uirentem. Tãtoq; magis id efficit/ quo efficit & interius: atq; maxime: ſi cõpoſitio talis aromatico flagret odore/ alliciatq; ſapore. Profecto

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

ſicut corpus/ex craſſioribus humorũ partibus cõpoſitũ ĩ qntã re
digiẽ formã:ita ſpũs ex ſubtiliſſimis eorũdẽ portionibus cõſtitu
tus formã haber qntã naturaliter rẽpatiſſimã/atq; lucidã:ideoq;
cẽleſtem. Atq; in hac ipſa forma conſeruãdus eſt/ ut ſubtilis qui
dem ſit:& interea firmus ſicut diximus. Sit omnino lucidus:ſed
ẽt quodãmodo ſolidus. Ac prærerea rebus odoriferis/firmis/lu
cidis aſſidue foueaẽ/ſi uitã cupimus conſeruare/que uiget in ſpi
ritu/ & uendicare nobis cẽleſtia dona. Hæc hactenus iuſſu Vene
ris cõtẽplati/ Venerẽ ipſã audiuiſſe putemus.

Mercurius alloquiẽ ſenes: & cõſulit eis circa uoluptatẽ. odores.
Cantus. Medicinas. Cap. xv.

INterea dũ inter ſenes ipſa quaſi Venus cõfabulareẽ: forte
qdẽ hactenus ſatis belle. Deinceps uero ꝑlixius forſan
fabulatura foret. Sermonẽ hũc his Mercurius uocibus/ ſermonũ
auctor interpellat. Quid nã uobis eſt cũ Venere iſthac ſemꝑ puel
la ſenes? Quid rurſum Veneri cũ ſermonibus? Nõ ne mei ſimul/
atq; ueſtri ſũt ſermones. Mea ratio pariter/atq; ueſtra. Audite me
igiẽ eadẽ nũc attẽtione/qua illam/ & multo maiore iſtã attentio
ne q̃ Venerem. Quinque ſcitis eſſe ſenſus. Viſum/auditum/ol
fatum/guſtũ/tactũ. Eſſe rurſũ quinq; (ut ita dixerim) diſcite ratio
nes. Dum.n.ꝑ quinq; ſenſus quotidie imbuiẽ uobis animus/ra
tioneſq; inde rerũ ipſe concipit:interea notiones habituſq; ad res
iudicandas quinq;/tanq̃ rationes quinq; reſultant. Prẽterea ſicut
quinq; hinc qdem ſunt ſenſus:inde uero quodãmodo rationes:
ita uitæ tenor quiq; gradibus circa ſenſũ rationẽq; diſponiẽ. Vn
de quinq; numerantur ætates. Prima qdẽ ſenſu tantũ trahiẽ. Se
cunda:ſenſu magis admodũ allíciẽ q̃ ratione ducaẽ. Tertia:poſt
hæc alternis pariter rationis/ & ſenſus ꝑſuaſionibus agiẽ. Quar
ta:ratione potius q̃ ſenſu ducitur. Quita:tandẽ ratione tantum
regi debet. Prima igiẽ ætas/atq; ſecũda rãq̃ ſubiecta Veneri/ Vene
tẽ ſi placet loquẽtem audiat. Reliquẽ uero Mercurium. Ego igiẽ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

reliquos uos omnes alloquor: nō pro me quidē tantū: ſed ꝑ Dia
na etiā hac: quā ad ſiniſtram meā cernitis. Nempe cū hęc elinguis
ſit: Ego uero biliguis: iure pro hac ipſa/ cuius ego linguā habeo/
loquor. Vnā profecto noxiāq; Venus uobis ididit uoluptatē:
qua noceret quidē uobis: ꝑdeſſet uero futuris: exhauriēs paula
tim uos ꝑ latentē quandam quaſi fiſtulā: Aliudq; ueſtris liquori
bus implens/ atq; procreās: uos tādem quaſi ueruſtū quoddam
ſpoliū cicadarū iam exhauſtū humi relinquēs. Cicadæ interim te
neriori ꝑſpiciens. Non ne uidetis? Quod Venus de materia ue
ſtra generat eſſe recens quiddā & uiuū/ ſenſuq; prædituū? Surripit
ergo uobis iuuentutē/ & uitā atq; ſenſum: ex toto inquā corpore
per totius uoluptatē/ ut efficiat inde totū. Ego interim materię il
lius quę quartæ digeſtioni ſupereſt qualitate monitus/ uos com
moneo/ alimēta ſimiliter quarta digeſtione cocta plurimum uitę
ueſtræ ſubcurrere: ouū recēs uidelicet integrū & ſorbile una cū ſa
charo exiguoq; croco. Lac humanū uel ſuillū uel caprinū cū pau
culo melle ſumptū. Atq; hæc duo tunc ſalubriora ſunt/ quādo na
tiuo adhuc calore flagrant. Et ſi ouū aliā mox coctura deſiderare
uideꝝ: Preſertim ī ſtomacho minus ualido: Sed leuiter eſt coquē
dum. Verū ut parūper ad Venerē redeamus. Si quando uidiſtis
Venerē/ iuuenilē admodū uidiſtis/ & quaſi meretriciis fucis & or
natibus expolitā. Hęc ergo/ quę noua ſep eſt/ noua ſemp affectat/
odit uetera. Facta deſtruit/ unde conſtruat facienda. Hęc rurſum/
ſi dictu fas eſt/ quaſi meretrix nō uno quouis eſt contenta uiro.
Vulgus amat. Et ut dialectice loquar/ ſpeciei paſſim potius q̄ in
diuiduo ſuffragaꝝ. Iam uero neq; tactu tantum uos præcipitat:
ſed etiā guſtu/ fallit quotidie/ perditq; deceptos. Quos. n. uos ī
rebus ſapores ꝓcipitis mediocri quadā temperie gratos/ hos Dia
na hęc Apollinis Iouiſq; munere tradidit. Illecebraſ uero ſaporū
miras quibus quotidie uelut hamo capti clam miſeri uitam ꝑdi
tis/ Venus inſidioſa fabricat. Quid igiꝝ Martē incuſatis? Quid
Saturnum? Mars quidem raro admodum uobis palamq; nocet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

Saturnus quoq; ſępius uultu ſe ꝓfitetur hoſtem: nocet tardius: tempuſq; remediis nulli negat. Sola Venus palã ut amica uenit: clam inimica uenit. Hanc igiť incuſare potius/ſi quem inter ſupe ros incuſare licet. Ad multiplices huius iſidias: tum oculis argi uos ipſos inſtruite: tum Palladis clipeo uos munite. Aures autẽ ad blandas pollicitationes eius tanq̃ ad letales ſyrenũ cãtus ob ſtruite. Hũc deniq; ꝓuidẽtię florem a me accipite: quo Circes hu ius ueneficia deuiteris. Hæc uobis duas uix rãdẽ/& has qdẽ leti feras pollicẽť uoluptates/potius q̃ largitur. Ego uero beneficio patris atq; fratris quinq; promitto uobis: quinq; præſto/puras ꝑ petuas/ſalutares: quarũ infima eſt in olfactu: ſuperior in auditu: ſublimior in aſpectu: eminentior ĩ imaginatione: in ratione excel ſior atq; diuinior. Quo maior delectatio ĩ tangẽdo percipitur/ atq; guſtãdo: eo uitæ grauius frequẽter accidit detrimentũ. Con tra uero q̃to maiorẽ in olfactu uoluptatẽ & auditu/ atq; uiſu. Itẽ imaginatione & ſæpe ratione quotidie reportaris: tãto fila uitæ longiora producitis. Verũ ſicut in blandimẽtis tangẽdi: atq; gu ſtandi cauendã uobis ſubdolam admonui Venerẽ: ſic in ipſa ſe cretiore nimiſq; aſſidua cõtemplatiuę mentis delectatione cauete Saturnum. Illic.n. frequẽter filios ipſe ſuos deuorat. Nam quos ſublimiorũ cõtemplationũ ſuarũ rapit illecebris: & illic agnoſcit ut ſuos: hos interim ſi modo diutius gradũ ibi ſiſtant/falce qua dam e terris amputat: terrenãq; incautis uitam ſæpe ſurripit. Hoc ſaltẽ Venere interim indulgẽtior: quod Venus quidẽ uitam/quã tibi detrahit/donat alteri: nihil tibi pro detrimẽto reſtituens. Sa turnus aũt pro uita terrena/a qua ſeparus ipſe/te deniq; ſepat/cæ leſtem uitã reddit/atq; ſempiternã. Hoc ipſo ſimiles eſſe uidenť inter ſe Venus atq; Saturnus/ qui ſane q̃ aquario gaudet/ tam re gnat ĩ libra/ cꝑ homines & hic & illa generãdi libidine uexat: no cerq; uexatiſ/ut inde poſteritati proſit. Sed hęc quidẽ fęcũdat cor pus/ſtimulatq; fęcundũ. Ille mentẽ ſuo ſemine grauidã urget ad partũ. Vos igiť prouerbii memores ne qd nimis/aſſiduis pruden

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

tiæ frenis parturientis utriuſq; libidinem cohibere. Tametſi mul
to citius grauiuſq; ille lędit/quos tedio/torpore/moerore/curis/
ſuperſtitione premit/q̄ quos ſupra uires corporis moreſq; morta
liū eleuat ad excelſa. Omnino uero ſeruare moneo quod æquus
Iupiter Pythagorā docuit/& Platonē: humanā uitam in quadam
equali animę ipſius cū corpore ꝓportione ſeruari. Vtrunq; ſuis q̄
buſdā alimentis & exercitationibus ali ac ſimiliter augeri. Siqs
alterutrū educatione prędipue ſua/multo robuſtius altero randē
efficit: nō mediocrem facit uitæ iacturā. Propterea quicunq; inter
res medicorū arte laudatas potiſſimum eas eligit/quæ corpori ſi
mul & ingenio ꝓſunt/maximū uitę ſibi uendicat adiumentū. In
earum uero numero uinū/mentā/mirobalanū/ muſcū/ambrā/zin
ziber recēs/thus/aloem/iacintum/ſimileſq; lapillos/herbas ue cō
ſimiles eſſe putate/& quę ad utriuſq; utilitatem a medicis patiter
componunt. Sed longioribus his quādoq; interceptis ambagi
bus: Ego quoq; medicus huc acceſſi. Si ſapores ex rebus accepti
nō ultra uiuentibus: Itē odores ex aromatis iam ſiccis/ uitaq; ua
cuis/multū ad uitam conferre cēſentur. Quid nā dubitatis odo
res ex plantis radicibus adhuc ſuis herentibus/uiuentibuſq; mi
rum īmodū uitę uires accumulaturos? Deniq; ſi uapores exalan
tes ex uita dūtaxat uegetali magnopę uitę ueſtrę proſunt/q̄tum
ꝓfuturos exiſtimatis cantus: aerios quidē/ſpiritui prorſus aerio
harmicos harmonico/calētes adhuc/uiuoſq; uiuo: ſēſu prædītos
ſenſuali: ratione conceptos rationali. Hāc ergo uobis a me fabri
catā trado lyrā: cantūq; cū ipſa phębeum/ſolamē laborum diutur
nę uitæ pignus. Sicut. n. res qualitate temperatiſſimæ ſimulq; aro
maticę/tū humores inter ſe: tū ſpūm naturalē ſecum ipſo contēpe
rāt: Sic odores eiuſmodi uitalē ſpūm: ſic rurſum ſimiles quoq; cō
centus ſpūm animalē. Dū igit̄ fides in lyra ſonoſq;/dū tonos tem
peratis i uoce: ſimiliter ſpūm ueſtrū intus contēpari putate. Ac
ne ipſe Venere ſim auarior/quæ ſine Baccho friget/ab hocipſo Li
bero patre per me nectar hoc accipite. Qui prędipue inter uos fri

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

gent/temporibus ſimilibus/bis ſeptimo quoq; die uncias uerna cei/uel maluatici dulcis meri duas ſũmant cum una panis uncia: tribus ante mẽſam horis. Semel aũt drachmã unã ſublimis aquæ deſtillantis ex uino cũ iuleb roſacei ſemũcia. Quo quidẽ liquore illinire etiã curem/& ad olfactũ uti cõmodiſſime poſſunt. Atq; ut poſt eiuſmodi nectar ambroſiã quoq; uobis afferã. Hãc inſup̃ acceptã ab Ioue largior medicinã. Quattuor mirobalanorum uncias accipite chebularum: Tres roſacei ſacchari: Conditi zinzibe ris hieme quidẽ unciã: eſtate uero ſemunciã. Tria hęc cũ emblica rum melle cõcoquite ſuauiter: ſeptẽq; auri foliis exornate. Ieiuni bolũ ante prãdium quattuor horis accipite. Anno ſaltẽ integro quotidie id aſſũmite. Vt inde uelut aquilæ renoueẽ ueſtra iuuen tus. Hactenus quaſi Mercuriũ locutum exiſtimemus.

Confirmatio ſupiorum: & q̃ deuitare debemus aſſiduam cogita tionem & coitum. Cap. xvi.

a Strologi Venerem & Saturnũ inimicos inuicem eſſe fe runt. Cum uero ĩ cęlo ubi oĩa amore mouenẽ/ ubi defec tus eſt nullus/odiũ eſſe nequeat/inimicos. i. effectu diuerſos ĩre preramur. Mittamus ĩpręſentia reliqua. Ecce nũc Saturnus quidẽ nobis in centro: Venus aũt in circũferentia poſuit uoluptatẽ. Vo luptas uero ſpũum eſca quædã eſt. Igiẽ ex oppoſito Venus/atq; Saturnus ſpũs noſtri uolatũ aucupãtur. Illa p̃ uoluptatẽ ſuã alli cit ad externa. Hic interim p̃ ſuam ad intima reuocat. Diſtrahũt itaq; ſpũm ſi ferme eodẽ tẽpore moueant/atq; diſſipãt. Quãobrẽ nihil cõtẽplatori uel curioſo peſtilẽtius q̃ Venereus actus: nihil uiciſſim hũc ſectãti alienius q̃ cura & contẽplatio eſſe poteſt. Cõ templatorem uero phiſicum/ religioſumq; eodem in gradu cõnu meramus. Et gradu ſimili quẽlibet in negociis ſuis ualde cogita bundũ/grauibuſq; curis obnoxiũ. Hinc rurſus efficiẽ/ ut ſi quẽ Saturnia/uel contemplatione nimiũ occupatũ uel cura preſſum/

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

leuare interim & aliter cõſolari uelimus/pVenereos actus/ludos iocos id tentãres tanq̃ p remedia lõge diſtantia/fruſtra atq; ẽt cũ iactura conemur: atq; uiciſſim ſi quẽ uenereo/uel ope perditũ/uel ludo iocoq; ſolutũ moderari uelimus/p ſaturniã ſeueritatẽ emendare nõ facile ualeamus. Optima uero diſciplina eſt: p quędam Phębi Iouiſq; :qui inter Saturnũ Venerẽq; ſunt medii/ſtudia ſimiliaq; remedia homines ad alterutrum declinantes ad medium-reuocare. Sed ut tandẽ ſimus medici: ſicut flãma duobus cõmunitter modis uiolẽtis extinguit̃: aut uelut diffflata uentis: aut cõtra quaſi cõpreſſa cineribus: Sic ſpũm uel celeriter effectu Venereo diſſipamus: uel ſenſim Saturnio ſuffocamus: ac ſæpe exprimimus cõprimẽdo/pariterq; reſoluimus. Spũs utriq; frequenter ad extima uolãs/intima reddit uel uacua/uel aliena uitæ. Sed ad intima ſæpe coactus cętera circũ membra præſtat uitæ minus idonea. Citã igitur ſenecturẽ/tum uenus interioribus noſtris: tũ Saturnus exterioribus infert. Venus quidẽ præcipue: ubi ex quouis eius motu facile corpus debilitatur atq; labaſcit. Saturnus quoq; potiſſimum: quãdo ex quocunq; cõtemplationis officio/ uel curę labore/ingenii corporiſq; uires labefactanť. Et ſi uel q ad contẽplationem: uel qui ad libidinẽ natus eſt/plerũq; ad ſuũ uterq; officium eſt natura fortiſſimus. Natura.n. ſępe coniũgit cum uoluptate ſimul & facilitate potentiam. Vnuſquiſq; igit̃ ſe cognoſcat: ſuiq; ipſius moderator/ac medicus eſto. Coitũ quidẽ frequẽtaturi ceteros conſulãt. Ego uero exercitaturis ingeniũ libro etiã ſuperiore conſului. Deniq; omni dieta omnibus remediis uti debent: quibus mẽbra/ſpũs/ ſenſus/ingeniũ/memoria cõfirmenť. Cogitationes p interualla repetere. Nec expectare uel minimũ ex cogitatione laborẽ. Maxime uero cũ primũ caneſcunt: q̃uis non nulli ſint qui non tam debilitatæ naturæ/ uidelicet adhuc iuuenes canos emittunt/q̃ uel ęgritudine/uel ægrotatione aliqua pręcedẽte: aut etiam parentum ſimilitudine: a quibus ſcilicet iam caneſcẽtibus fuerint generati

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

De medicinis ſenum·Et de habitatione iterum atq; dieta Cap .xvii.

C Haldeorum regula eſt forte probãda/ad iuuentutem recuperandam: peregrinos humores imbibitos corpori/ expurgare gradatim/tum interiores/competẽtibus medicinis: tũ exteriores/frictionibus & lauacris prouocationibuſq; ſudoris. Interea q; ſalubribus/duraturiſq; alimẽtis paulatim corpus implere. Sunt autem qui trochiſcis quibuſdã ex uipera factis/ uel helleboro præparato ꝓmittũt humores omnes ueteres putridoſq; prſus educere. Quibus expurgatis & humore rurſum ſalubertimo alimentis ſalutaribus recreato/ reſtituere iuuentutem. Et qui cautiores ſunt/helleboro gallinas paſcũt: hominẽ uero gallinis. Etuſmodi uero curationem tanq̃ periculoſam in iuuentute arbitror potius q̃ in ſenectute tentandam. Ne forte iuuentutẽ illam a Medea Pelię ſeni promiſſam experiamur. Nã & iuuenes medicinis exq̃ſite purgantibus cito ſeneſcere Hippocrates aſſerit. Sed ubi dieta nõ ſufficit/clyſtere uel mãna/ uel aloe præſertĩ lota ſecurus ureris. Si tibi ſit aluus aſtrictior/manna cũ iure caponis/ mirobalanicq; uirtute. Sin minus/ hac te iuuenem etiam in ſenectute purgatione ſeruabis. Summe unciam lotę aloes unam/mirobalanorum emblicarum drachmas duas/chebularum quoq; tantũdem/duas item roſarum purpurearum/maſticis quoq; tantundẽ. maluatico uino confice pilulas: quãdo luna fęliciter collocata/ propitio fruiẽ Iouis aſpectu/præſertim ſi domicilia fixa poſſederit uel ipſa/uel Iuppiter. Hæc enim ad diuturnitatem uitæ magnopere cõferunt. Potes etiam utiliter reubarbarum hic cum aloe componere ſcilicet dimidiam aloes partem/ dimidiam reubarbari. Et quotiẽs opus fuerit/unam mane ſummere pilulam ad tres uſque uel quinq;/ modicumq; inſuper uinum bibere. Vbi uero pituitam magis times/ potes commode in his pilulis trochiſcorum agatici ter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

tiam partem accipere una cũ tertiis aloes duabus dimisso reu barbaro. Sed primam illam ego iam multis ãnis pilularum cõ positionem omni ętati experior esse tutissimam. Eadem hora confectionem eiusmodi facito. Summe mirobalanorũ emblĩ carum/bellitricarũ/indarum/chebulatum unciam uniuscuiusq; unam: cinnamomi uero duas: unam quoque doronici: rosarũ purpurearum unam: sandalorum rubeorum duas: unam croci drachmam: tertiam drachmę partẽ muschi: ambræ tantundem. Candidum post hæc cum aqua rosacea succoq; citri fũdito sac charum. Coque: fac bolos: auroq; inuolue. Hoc ante prandiũ quattuor horis sũmentes atque dantes utiliter experti sumus ad uirtutem corroborandam: ad illustrandum spiritum atq; fir mandum. Maxime uero proderit/si paulum quid insuper uini aurei biberis. Proderit & sæpe calefactum panem aureo mero & rosacea aqua perfundere: & modico isup cinnamomo saccha roq; uberiore cõdire. Frequenter etiã duo hæc cũ lacte amigda lino & modico pane miscere. Nam eiusmodi mixtiones naturã referunt Iouialẽ. Præter oĩa/ quæ i superioribus explicauimus uel saltẽ significauimus/ab his omnes urbani diligẽter cauere debent/æstu/gelu. Quolibet uel post calorẽ frigore uel noctur no. Nebulis/ uẽtis uel ex palude flantibus/ uel irrumpẽtibus ex angusto. Locis itẽ ubi aer uel mouetur uiolentius/ uel nul lo modo mouetur: Habitatione quauis humidiore/fetore/tor pore/mœrore. Diligentius autem Mercurii sectatores. Diligen tissime senes. Qui præterea postquam mane corpus totum le uiter perfricuerint/ delinient ipsum aduersum aeris/ & laboris incommoda/calentem oleo/ uel uino quopiam subamaro: cui prius infuderint mirrham/& rosam/ atq; myrtum. Saluiam fre quenter ore ferant/neruis ac dentibus amicissimam. Et quãdo dentium uitio/ liquida uelut infantes alimenta repetere com pelluntur: mollissima caueant. Lac quidem uino referant mo derato. Vtanẽ igne dum taxat ut medicina/quantum uidelicet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

expellendi frigoris/ & ſuſcitandi caloris innati neceſſitas po ſtulat. Alioquin tanquam edace humorem naturalem exſicca turo. Solem uero quoad delectat ſequantur ut alimentum/ de ſtillatione uitata: Et eſtu ſimiliter declinato. Faciles quidē mo tus diligant/excitando calori admodum neceſſarios. Labores aūt corporis oderint: & multo magis animi. Nec minus longā ſitim/ & inediā/atq; uigiliam.

De nutrimento ſpiritus/ & conſeruatione uitæ per odores. Cap. xviii.

l Egimus in calidis quibuſdam regionibus/ ac pluri mo paſſim odore flagrātibus multos gracili corpo re/ & imbecillo ſtomacho/ quaſi ſolis odoribus ali. Forte quoniam ipſa natura loci/tum herbarum/& frugum/atq; pomorum ſuccos ferme totos redigit in odores: tum corporū humanorū humores illic reſoluit in ſpiritum. Cū igitur uterq; uidelicet odor & ſpiritus ſit uapor quidam/ & ſimile ſimili nu triatur/nimirum & ſpiritus & ſpiritalis homo plurimū ab odo ribus accipit alimentum. Nutrimentum uero/ qualecūq; id ſit per odores ſiue fomentum/ apprime ſenibus & gracilibus ne ceſſarium eſt. Quo defectum alimenti ſolidioris atq; uerioris/ utrunq; cōpenſare poſſimus. Ambigere tamen non nulli ſo lent/utrum ſpiritus odoribus nutriatur. Ego autem opinor ſo lis forſan ita nutriri/ut niſi alimēta/quæ craſſa ſunt/digeſtione tandem in uapores extenuentur/ ſpiritus ipſe quem diximus uaporem eſſe/nullum illinc ſuſcipiat nutrimentum. Itaq; uinū odore plenum ſpiritum ſubito recreat: quem cętera uix tandē reficere poſſunt. Vaporem uero illum ī quem cibi cocti deniq; tranſferuntur/ideo appellamus odorem: quoniā & odor ubiq; uapor quidam eſt: & hic tractus intus ex alimentis uapor niſi ſpiritui quodā odore placeat/uix ullū ſpiritui exhibet alimen

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

tum. Quam ob rem Auicennam noſtrum ualde probamus di centem:corpus quidem dulcedine:ſpiritum uero quadam (ut eius uerbis utar) aromaticitate nutriri. Quoniam craſſitudo corporis non niſi craſſa natura/ qualis eſt ī dulcedine/coaleſce re ualeat. Tenuitas uero ſpiritus: non alio q̄ fumo quodam/ atque uapore:in quo aromaticitas ipſa uiget/refici poſſit. Aro maticam uero qualitatem dicimus odoram/ & acutam/ & quo dammodo ſtipticam. Proinde quoniam iecur quidem corpo ri per ſanguinem alimentum præſtat/ dulcedine plurimum au getur. Cor autem quia & creat ſpiritum: & ſpiritui procreat ali mentum:merito deſiderat aromatica. Expedit tamen/& aroma tica pro corde condiri dulcedine: & dulcia pro iecore aromati cis commiſceri: dulcedinemq; interea nimiam euitare. Quid plura? Galienus ipſe ſecutus Hyppocratē/ſpiritum non ſolum odore putat nutriri/ſed aere: Aere inquam nō ſimplici: ſed po tius oportune permixto. Quibus quidē ſi fidem habebimus/ nec alimentorum/ nec rei ullius delectum magis ad uitam ne ceſſarium/q̄ aeris nobis accommodati/eſſe cenſebimus. Aer. n. & inferiorū & cęleſtium qualitatibus facillime ſempq; affectuſ & immenſa (ut ita dixerim)āplitudine circūfuſus/ perpetuoq; motu/nos undiq; penetrans/ ad ſuam nos mirabiliter redigit qualitatem. Preſertim ſpiritum: præcipue uitalē in corde uigen tem. In cuius penetralia: tum aſſidue influit/ tum repente. Sic protinus afficiens ſpiritum/ut eſt affectus: perq; ſpiritum uita lem/q & materia/& origo eſt ſpiritus animalis/ pariter afficiēs animalem. Cuius quidem qualitas maximi momenti eſt inge nioſis eiuſmodi ſpiritu plurimum laborantibus. Itaq; ad nul los potius q̄ ad eos attinet puri luminoſiq; aeris/ odorūq; de lectus/atq; muſicę. Hæc enim tria ſpiritus animalis fomēta prę cipua iudicantur. Potiſſimus uero ad uitam eſt aer electus. Nā octauo menſe nati in ægypto plurimi uiuunt. Et non nulli in plagis græciæ temperatis ſalubertimi aeris beneficio. Quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

Aristoteles narrat: & Auicenna confirmat. Sed profecto sicut corpus ex uariis compositum/uariis quãuis non eadem mensa nutriendum est alimentis/ ita spiritus similiter compositus uarietate quadam aeris semper electi oblectandus est/ atq; fouendus. Simili quoque electorum odorum uarietate quotidie recreandus. Nam aer & odor quasi spiritus quidam esse uidentur. Iam uero Alexãder & Nicolaus Peripatetici una cum Galieno concludunt spiritum uitalem/& animalem ideo nutriri/ tum odore/tum aere: quoniam uterq; mixtus est/atque conformis: & utrunq; haustum in præcordia penetrare: ubi coqui temperariq; ad uitam/perq; arterias diffundi. Vbi uterq; coctus iterum/nutrit spiritum (ut aiunt) utrunque/pręcipue animalem.

Aiunt etiam spiratum aerem non solum refrigerando calori prodesse: sed etiam nutriẽdo. Nam & animalia etiam ualde frigida spirant. Addũt aerem crassiorem spiritui naturali tanquã magis corporeo conuenire/subtilem uero/purum/lucidum/spiritui potius uitali/ potissimum animali. Neque mirum uideri debet spiritum adeo tenuem/ rebus quoq; tenuibus ali. Siq̃dem & pisciculi multi aqua nitidissima nutriuntur: & ocimum ĩ aqua simili/uiuit/crescit/floret/redolet. Mitto quibus elemẽtis Chameleontem & Salamandram nutriri nõ nulli ferant. Redeamus ad nostra. Interest certe q̃plurimũ/qualem spiremus aerem: quales hauriamus odores. Talis enĩ & spiritus ĩ nobis euadit: Eatenus uero nos anima per uitam uegetat: quatenus spiritus harmoniam seruat cum anima concinentem. Spiritus qdẽ ĩ nobis primus uiuit/& maxime: & quasi uiuit solus. Nõne repẽtino quodam sępe casu/uel affectu/ uita/sensus/motus/ subito membra deserunt? Regresso uidelicet ad cordis penetralia spiritu: Et sępe statim reuertũtur ad membra/ per frictiones & odores illuc spiritu redeũte. Quasi uita in ipso spiritu uidelicet re uolatili potius insit q̃ humoribus aut mẽbris. Alioqn propter horum crassam tenuitatem tardius admodũ accederet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

uita mẽbris atq; recederet. Quicũq; igiť uitã in corpore ꝓduce re cupitis/ſpũm ĩprimis excolite: hũc augere nutrimẽtis lãgui nẽ augẽtibus/tẽꝑatum uidelicet/atq; clarũ: Hũc aere ſẽꝑ electo fouete. Hũc quotidie ſuauibus odoribus alite. Hunc ſonis & cãtibuſ oblectate. Sed ĩterea odores cauete calidioreſ. Frigidio res fugite. Capeſcite tẽꝑatos. Frigidos calidis/ſiccos humdis tẽꝑate. Odorẽ uero oẽm ꝙa pars corporis ſubtiliſſima ẽ/ſcitote nõ nihil habere caloris: atq; ex rebus quæ ipſæ nutriũt/odores ſpare potius nutrituros: ut ex aromatico piro pomoq; ꝑſico/ ſimiliq; pomo: magiſ ãt recẽte pane/calẽte: maxime carnibus aſ ſis: q̃maxime uino. Atq; ſicut ſapor qui mirifice placet: plurimi uelociſq; nutrimẽti cã eſt uel occaſio corpori/ſic odorẽ ad ſpũm ſe habere putate. Cõmemorare uobis iterũ placet: Democritũ iã iã expiraturũ ut obſequereť amicis: ſpũm ad quatriduũ uſq; olfactu calentiũ panũ retinuiſſe: ulterius ẽt ſi modo placuiſſet/ ſpũm ſeruaturus. Sũt & q̃ dicunt id mellis odore feciſſe. Ego ſi mõ uſtis ẽ melle/ exiſtimo illũ mel uino liquefactũ albo/calẽti bus panibus ifudiſſe: neq;. n. ſpnẽdus ẽ mellis odor. Flos nãq; florũ mel exiſtit: nec parũ nutrit ipſa dulcedine: ac diu qualita te ſua res ĩtegras a putrefactione tueť. Itaq; ſiq̃s nouerit hoc ẽt ad cibũ ita ueſci/ ut nec dulcedine nimia meatus oppleat: nec tali quodã calore bilẽ exaugeat/certũ habebit lõgioriſ uitę ſub ſidiũ. Saltẽ igiť cõdimentũ hoc frigidis & humidis adhibete. Verũ ut uos reuocẽ ad odores. Vbicũq; ſuffocationẽ/cõpreſſio nemq; ſpirituũ nimiam extimeſcitis: quod męror frequens tor porq; portẽdit/odores circũfuſos amate. Vbi uero fugã exalã tium ſpũm expaueſcitis/odores potius infuſos nutrimẽtis ac cipite. Et ſiq̃d odorũ prætерea foris ſũmitis/uelut clypeũ coſtis dũtaxat admouete ſiniſtris. Nõ ne uideris q̃ repẽte ſurſum uel deorſum ad odores ſe matrix ipſa pręcipitet? q̃ uelociter ad os ad nares ſpũs aduolet/ ſuauis odoris eſca pellectus? Vbi igiť ſpũs uel exiguus uel fugaciſſimus eſſe deprehẽdiť: quod puſil lanimitas ſępe declarat/corporiſq; debilitaſ uel parua de cauſa

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

multa cõtingẽs: odoribus nõ tam extrínſecus obiectis/q̃ intrin
ſecus iniectis allicite: ímo potius paſcite: retinete. Odorẽ uero
uini ante oẽs eligite. Multũ náq; nutrit ſpũm odor exhalãs &
natura tũ plurimũ/ & uelociter nutriente corpus: tũ uoluptate
ſenſũ afficiente. Tale uero uinũ eſt præcæteris calidũ/humidũ/
& odorũ/atq; clarũ. Tale ẽt ſaccharũ eſſe dicerẽ/ſi ſúmat odorẽ.
Cinnamomũ quoq; ſimile: Et doronicũ/aniſũq;/& dulce mara
trũ/ſi acumini ſuo ad exiguã dulcedinẽ adderẽt ampliorẽ. Sed
quã tempiem natura nõ fecit/uobis ipſi cõficite. Et quotiẽs di
ſtractionẽ ſpũum formidatis/calidioribus acutioribuſq;/& ſub
tiliſſimis adhibete/ quæ cohibere parũp uolatũ ſpũs/ ac ſiſtere
ualeãt: ceu croco/chariophilis/cínamomo/aduſtũ panem/roſa
ceã aquã/acetũq; roſaceũ/roſã/ myrtũ/uiolã: ſandalũ/coriandrũ
cydoniũ pomũ/atq; citrũ. Horreo uero cãphorã: ubi cõtra cani
tiem eſt agendũ. Recentẽ uero ſemp mentã diligo: mẽti ẽt ſalu
tarẽ ſpũiq; rutiſſimam. Deniq; memẽtote res oẽs ueneno cõtra
rias/eſſe uirę admodũ ſalutares: nõ guſtu tãtũ: ſed ẽt odoratu:
maxime theriacã. Haſ uero í libro cõtra peſtilẽtiã enarrauimuſ:
narrabimuſ & í libro ſequẽti. Inter eaſ ãt neqd uoſ lateat/nume
ramus/& uinũ. Nã ſicut homini uenenũ eſt cicuta/ita cicutæ ui
nũ: nõ ſimul qdẽ/ſed paulo poſt ebibitũ. Ac ne ſolis uos odo
ribus hic alliciã/cõponendũ uobis mãdo electuariũ quotidie
mane guſtandũ/olfactu/ guſtuq; ſuaue/& uitę admodũ ſaluta
re. Accipite tres chebulariũ uncias: unã emblicariũ: & idariũ unã
unãq; belliricariũ: ſemunciã uero doronici: Cinnamomi uncias
duas: croci drachmã unã: ambræ partẽ drachmæ tertiam: Muſci
quoq; tantũdẽ. Contũdite diligẽter. Tantũ roſacei ſacchari ad
hibete/ q̃tũ guſtui ſatis facit. Sãdaloriũ rubentiũ q̃tũ ſat eſt co
lori: mellis itẽ emblicariũ uel chebulariũ/ q̃tũ molli expedit elec
tuarii formæ/auri folia totidẽ quot prędictę ſũt uncię. Vbi ue
ro difficilior ẽ cõpoſitio multiplex/expti ſumus ſimplicẽ hanc
optimã eſſe. ſ. ex chebulis maratro dulci: ſaccharo aqua roſacea

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

liquefacto. Sūptam uero tū ieiuno ſtomacho: tū poſt cęnam. Memineritis autem mirobalanos cōditas meliores eſſe: Siccas uero ſaltem diem ĩtegrum/oleo amigdalarum dulcium/uel butyro uaccino prius infundite q̄ confletis. Probat & Auicenna uobis confectionem ex emblicis atq; indis/ cum melle anacardorum/ coctoq; butyro: Item chebulas cum zinzibere & ſquama ferri/& potius auri. Probat item Petrus Aponenſis compoſitionem ex croco/mace/caſtoreo/per partes ęquales acceptis/ atque contuſis/& uino cōmixtis. Vnde affirmat uitam etiam propemodum moribundis produci conſueuiſſe. Deniq; Aly Aſtrologus Medicuſq; excellens aſſerit/ uſu triferæ ſimiliumq; rerum uitam effici lōgiorem. In omni uero trifera mirobalanus fundamentum eſt. Sed hanc temperāt ſubtilibus quibuſdam/ atq; mollibus: Præſertim ubi ſiccior eſt mirobalanus: Vt & penetret/nec meatus obſtruat/nec aluū exſiccet nimium/uel aſtrīgat. Cū uino præterea commodiſſime utimur: ſed modico: ne forte diluat. Compoſitionem uero Petri/quā modo narrabā/ ſi modo utilis eſt/arbitror olfactu potius q̄ potu utilem fore.

Magorum medicina pro ſenibus. Cap. xviii.

Magi ſtellarum obſeruatores ad Chriſtum uitæ ducem ſtella duce uenerunt/ pretioſum uitæ theſaurum offerentes/Aurum/Thus/& Myrrham: Tria dona pro tribus planetarum dominis/ſtellarum domino dedicantes. Aurum quidem pro temperamento Iouis maxime omnium temperatum. Thus autem pro Sole præcipue/ phoebeo calore ſimul odoreque flagrans. Myrrham denīq; firmantem corpus atq; conſeruātem: pro Saturno omniū firmiſſimo planetarum. Huc igitur omnes ad ſapientes magos uenite ſenes munera uobis quoque uitam productura ferentes. Quibus auctorem uitę quondam uenerati traduntur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

Venite ſenes inquam ſenectutem grauiter tolerantes. Venite/ & uos præterea/quoſcunq; ſenectutis propemodum aduentantis formido ſollicitat. Accipite precor alacres uitalia dona. Sũmite uncias quidẽ thuris duas: unam uero myrrhæ: auri rurſũ in folia ducti dimidiam drachmæ partem. Contundite tria ſimul/conflate/cõfundite in pilulas/aureo quodam mero: Idq; tunc oportune conficite/ quando Diana propitio Phoebi/uel Iouis gaudet aſpectu. Summite poſthac theſauri tanti/aurora qualibet portiũculam. Ac exiguo perfundite meri potu: niſi forſan incaluerit æſtas. Tunc enim aquam roſaceam bibere præſtat. Siquis autem inter uos calorem quouis tempore magis metuat/is mirobalanum chebulam/ aut emblicã/ æqualem ad thuris/ myrræq;/& auri ſimul pondus addiciat. Hoc humorem proculdubio naturalem a putrefactione tuebitur. Hoc humoris reſolutionem longius ꝓpulſabit. Hoc tres in uobis ſpiritus naturalem/uitalem/animalem/fouebit/cõfirmabit/ corroborabit. Hoc rurſum uegetabit ſenſum. Acuet ingenium. Memoriam conſeruabit.

De periculis euitandis ex quolibet uitę ſeptẽnario iminentibus. Cap. xviiii.

c Vm Aſtronomi ſingulas deinceps diei horas planetis ordine ſingulis diſtribuerint: Similiterq; ſeptem ebdomadæ dies: atque in ipſo foetu per menſes digeſſerint officia planetarum: Cur non etiam per annos eadem diſponamus? Vt quẽadmodũ infantẽ in aluo latentẽ rexit primo mẽſe Saturnus: ultimo Luna. ſic ſtatí natũ ordine iã cõuerſo primo ipſius ãno ducat Luna. Secũdo ſi uis/Mercuriuſ. Tertio Venus. Quarto Sol. Quíto Mars. Sexto Iuppiter. Septimo uero Saturnus. Atq; deiceps ordo ꝓ uitã ſimilis repetaẽ. Itaq; in ſeptimo quolibet uitę anno/fit ĩ corpore mutatio maxima.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

ideoq; periculoſiſſima/quãdoquidẽ & Saturnus nobis cõmuni
ter eſt peregrinus: & ab eo tunc planetarum ſummo ad lunam
e ueſtigio planetarum infimam gubernatio redit. Hos annos
aſtronomi greci climatericos nominãt. Nos ſcalares uel grada
rios: uel decretorios appellamus. Forte uero in morbis ipſum
humoris uel naturæ motum planetes p dies eodem ordine re
gunt. Vnde & ſeptimus quiſque eadem ratione iudiciatius ap
pellatur. Quartus quoq; quoniam medium in ſeptennario te
net. Tu igitur ſi uitam producere cupis ad ſenecturem/nullis
eiuſmodi gradibus interruptam: Quotiens ſeptimo cuilibet
propinques anno/conſule diligenter aſtrologum. Vnde immi
neat tibi diſcrimẽ ediſcito. Deinde uel adito medicum/uel ptu
dentiã/& temperantiam acceſſito. His nãq; remediis prohiberi
minas aſtrorum Ptolemeus etiam cõfiterur. Addit quinetiam
aſtrorum promiſſa ſic augeri poſſe/ut agrorum cultor auget ter
ræ uirtutem. Probat Petrus aponenſis argumentationibus
multis/& teſtimonio Ariſtotelis/ Galieni/Aly/naturalem uitę
finem non eſſe ab initio ad unguem determinatum/ ſed ultra
citraq; moueri poſſe. Idq; aſſerit tũ ex aſtris/tum etiam ex mate
ria. Cõcludit his auctoribus rationibuſq; obitum etiam natu
ralem differri poſſe: cum aſtrologię machinis tum præſidiis me
dicorum. Igitur neq; nos temere in his preceptis elaboramus.
Neq; te pigeat ꝑquirere a medicisque naturaliter tua ſit diera:
& ab aſtrologis/quæ ſtella uitæ faueat. Et quando hęc bene ſe
habet/& ad eam luna/compone quię prodeſſe didiceris. Neque
pudeat ſępe illos auſcultare: qui non tam fortuna/q̃ uirtute ſe
nectutem proſperam conſecuti uidentur. Prætерea Ptolemęus
& ceteri profeſſores aſtronomię imaginibus quibuſdam ex cer
tis lapidibus & metallis/ſub certo ſidere fabricatis uitam pro
ſperam pollicentur/atque longęuam. Verũ de imaginibus qui
dem ex parte ac plurimum de reliquo fauore cæleſti commen
tarium componimus in Plotinum. Quem librum huic operi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

deinceps ſubiciendum exiſtimamus. Quemadmodum/ hoc poſt librum ſcribi uolumus: quem de curanda litteratorum ualitudine compoſuimus. Fauorem uero cęleſtem quem modo dicebam/ pro iuuentute longa/ nunc quantum quaſi poetę cuidam licet loqui: quantum rurſus medico licet facere/ a Phębo Bacchoq; petemus.

Solis æterna eſt Phębo Bacchoq; iuuentus.
Nã decet intonſus crinis utrũq; deũ.

Phębus & Bacchus ſemper indiuidui fratres ſunt: Ambo fere ſunt idem: Phębus qdem eſt ipſa ſphęrę illius anima. Sphera uero Bacchus: imo & Phębus eſt totus ipſe ſpheræ circus. Bacchus autem eſt flammeus ille in hoc circo/ circulus: immo uero Phębus eſt almum in hoc flammeo globo lumen. Bacchus autem exiſtit ibidem ſalutaris ex lumine calor. Semper ergo fratres comiteſq; ſunt: fere ſemper alter & idem. Quid uero? Si ſol in uere quidem Phebus eſt/ cantu ſuo tunc auium cantus excitans: Cithara rurſum tempora tẽpans. In autũno uero/ Sol idem auctor uini Bacchus exiſtit. Tria nobis ad ſeruandam iuuentutẽ pater ille Liber qui amat colles Bacchus affert. Hos quidem apricos primum colles. In his autem collibus ſuauiſſimũ præcipue uinũ. Perpetuam in uino ſecuritatem. Tria quoq; Phoebus Bacchi frater pari benignitate largitur. Diurnum primo lumen: ſub fomento luminis herbas ſuauiter redolentes. Ad luminis huius umbram citharã cantumq; perennem. His ergo penſis potiſſimum: his ſtaminibuſ Clotho nobis iam non parca longa uitæ fila producet. Tris parcas fere omnes poetę canunt. Tris quoq; nos non poetæ canimus. Prudens quidẽ in omni uictu parcitas uitam nobis longam incohat. Conſtãs quoq; in curis ſubeundiſ parcitas producit uitam. Parcitas uero in cęlo fruendo negligens uitã occat. Tres Pythagoras temperantias ante oĩa celebrat: tres ẽt nos ĩpręſentia celebramus. Temperantiam in affectibus conſeruato: tẽperantiam in omni

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

uictu ſeruato. Temperiem aeris obſeruato. Hac enim prouidē
tia humorum intemperiem quæ citæ ſenectutis & intēpeſtiuæ
mortis cauſa eſt aſpirāre deo procul admodum propulſabis.
Aſpirabit autem auctor ille uitæ: ſi ea tantum conditione uitā
optaueris diuturnam/ ut diutius cum genere humano uiuas/
tum maxime uiuas illi/quo mundus totus inſpirante uiuit.

FINIS

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

m ARSILIVS Ficinus Florentinus Sereniſſimo Pannoniæ Regi ſemper iuicto. Philoſophi ueteres rex omniũ fęliciſſime cęleſtium uires iferiorũq; naturas diligentiſſime pſcrutati: Cum exiſtimarẽt hominẽ fruſtra ſapere: qui nõ ſibi ſapit/torã merito pſcrutationẽ ſuam imprimis ad uitam ſibi cęlitus compandam retuliſſe uidenẽ: iudicãtes (ut arbitror) tum elemẽta/ & quæ ex his cõponunẽ fruſtra ſibi cognita fore: tum motus cęleſtiũ/& ifluxus temere nimiũ obſeruatos: niſi hæcuna cum illis cognita ſimul/ atq; coniũcta/aliquãdo ſibi ad uitam fęlicitatemq; conducerẽt. Profuit aũt illis ut uideẽ/eiuſ modi cõtẽplatio/ad uitã primo præſentẽ. Nam pythagoras & Democritus Apolloniuſq; theaneus & qcunq; ad id potiſſimum ſtuduerunt rerũ ſibi cognitarũ uſu ꝓſperam ualitudinẽ cõſecuti ſũt: uitamq; longęuã. Contulit iſup ad futurã uitã/tum per gloriam apud poſteros ꝓpagandã: tum apud deũ in æternitate fruendã. Siquidẽ ex mirabili mũdi totius ordine eius tandem cognouere rectorẽ: & ante oia cognitũ amauerũt. Tibi uero gloriã perſæcula cũcta/futurã magnanimitas/magnificẽtia/uictoria ꝓpetua pollicenẽ. Vitã quoq; apud deũ in æuo beatã/diuina clemẽtia/iſignis pietati tuæ iuſtitiæq; ꝓmittit. Vitã deniq; ꝓſperã iter mortales ſatisq; longã q̃tum ex inditis quibuſdã mihi licuit coniectare fęlicia tibi ſidera decreuerunt. Vt aũt quod pollicenẽ/id & pręſtẽt fir miſſima fide & cumulo inſup prorogẽt pleniore. Diligentia tua/ & medicorũ/ aſtrologorũq; cura efficere proculdubio poteſt. Iam uero id poſſe ſcientia & prudẽtia fieri doctiſſimi quiq; aſtrologi/ ac medici confitenẽ. Cũ igiẽ inter Plotini libros/magno Laurentio Medici deſtinatos/i librum Plotini de fauore cęlituſ haurien do tractãtem nuper cõmentariũ cõpoſuiſſem: inter cetera in eũ noſtra cõmẽtaria numeratũ id quidẽ ſeligere nũc Laurentio quidẽ ipſo ꝓbãte. Atq; maieſtati tuæ potiſſimũ dedicare decreui. Spero

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

equidem dū uitę tuę prosperitatiq; cōsulam/uitę interim & splendori sæculi nostri/& humani generis consulturū. Atq; ut ualitudini prosperitatiq; regię ualidius hęc nostra ꝓdessent: per Valorem ipsum mittēda putaui. Hunc tu igiť Valorē nostrū clementissime Rex cōplectere precor. Tantū.n. natura/uirtus/auctoritas tua ualeat: ut absq; te nequeat uel Valor ipse ualere. X. Iulii. M.CCCC. LXXXIX. Florentię.

Verba Marsilii Ficini Ad Lectorem sequentis Libri.

S Alue hospes ingeniose. Salue iterū quisq; es salutis auidus/qui nostra ad limina tēdis. Vide precor hospes cupide primum/ q̄ hospitalis sim. Intrantis erat certe/ salutem statim hospitio dicere. Ego uero salute pręueniens/ mox prospectum saluere te iussi. Intrantem & adhuc ignotum perlibenter excepi. Trahentē apud me moras/promissa/si deus aspirauerit/salute donabo. Hospitiū ergo nactus es amicū quidē oibus: & amoris nūc erga te plenū. Siqd forte fers tecū amori cōtrariū: Siquid habes odii/prius ponito precor q̄ medicinas hic uitales attīgas. Vitā.n. tibi dedit amor/uoluptasq; parentū. Vitā uicissim demit odiū/atq; dolor. Quē igiť odiosus uexat dolor: huic nullus usq̄ medicinę uitali relictus est locus. Quāobrē deinceps te nō ut hospitē tātū/iam alloquor: sed amicū. Officina Marsilii tui aliq̄to est ampliot/q̄ his cancellis dūtaxat/ quos hic uides/coerceatur. Non.n. solo hoc libro sequēte: sed duobus etiā pręcedētibus circūscribiť. Tota uero sūmatim medicina quædā est ꝓpitiis opitulatura uitæ: ut ualida tibi uita sit/ut longa. Idq; ubiq; medicorum ope cęlitus adiuta moliť. Varia sane pro diuersis hominum ingeniis/atq; naturis nostra hæc officina/antidota/ pharmaca/fomēta/unguēta/remedia ꝓfert. Siqua tibi forasse minus placeāt: mittito quidē ista. Cetera ꝓterea ne respuito. Deniq; si nō ꝓbas imagines astronomicas/alioqn ꝓ ualitudine mortaliū adiuētas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

quas & ego nõ tam probo q̃ narro: has utiq; ine cõcedẽte: ac etiã
si uis cõsulente dimittito. Medicinas saltẽ cęlesti quodã admini
culo cõfirmatas/nisi forte uitam neglexeris/ne negligito. Ego.n.
frequẽti iãdiu experiẽtia cõpertũ habeo: tantũ interesse inter me
dicinas eiusmodi/atq; alias absq; delectu astrologico factas/q̃tũ
inter merũ atq; aquã: ut etiã infans octauo a cõceptione mẽse na
tus/florentię mẽse martio/nocte adscendẽte Saturno retrogrado/
semiuiuus/eiusmodi diligentia uideaẽ a nobis imo a Deo quasi
uitæ redditus/potius q̃ seruatus. Triẽniũq; ualidus ferme iã im
pleuerit. Iam uero si præter ea generis eiusdẽ plura narrauero/ ue
ra loquar. Nec gloriabũdus (quod est a philosopho penitus alie
num): sed exhortabũdus potius afferã. Verũ satis iã partim qui
dem cõciliãtes/partim ẽt exhortãtes allocuti te sumus: deinceps
igiẽ cũ Plotino loquamur/ita demũ tibi diligentius cõsulturi.

In oĩbus quę hic aut alibi a me tractanẽ/tantum assertum esse uo
lo: quantum ab ecclesia comprobatur.

MARSILII FICINI FLORENTINI LIBER DE VITA CAE LITVS COMPERANDA COMPOSITVS AB EO INTER COMMENTARIA EIVSDEM IN PLOTINVM.

In quo consistat secundũ Plotinũ uirtus fauorẽ cęlitus attrahẽs
scilicet ĩ eo q̃ anima mũdi/& stellarũ/Demonũq; animæ facile alli
ciunẽ corporũ formis accomodatis. Cap. primum

I tantum hæc duo sint ĩ mundo: hinc quidẽ intel
f lectus: ĩde uero corpus: Sed absit aĩa: tũ neq; intel
lectus traheẽ ad corpus: ĩmobilis.n. est omnino ca
req; affectu motionis pricipio/tanq̃ a corpore lon
gissime distans: Neq; corpus traheẽ ad intellectũ/

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

uelut ad motum per se inefficax/& ineptũ:lõgeq; ab intellectu re
motum. Verum si interponatur aia utriq; cõformis/facile utrinq;
& ad utraq; fiet attractus. Primo quidem ipsa omniũ facillime
ducit:quoniã primũ mobile est/& ex se & spõte mobile. Pręterea
cum sit (ut dixi)media rerum/omnia suo in se modo continet/&
utrinq; ratione propinqua. Ideoq; conciliatur/& omnibus:etiam
æqualiter illis quæ inter se distant:ab ea uidelicet nõ distãtibus:
Præter enĩ id quod hinc quidẽ conformis est diuinis:ide uero ca
ducis/& ad utraq; uergit affectu/tota iterim est simul ubiq;. Acce
dit adhæc/q; anima mũdi totidem saltem rationes rerum semina
les diuinitus habet:quot ideæ sunt in mẽte diuina:quibus ipsa
rationibus totidẽ fabricat spẽs in materia. Vnde unaquæq; spẽs
per propriam rationem seminalem proprię respõdet ideę/facileq;
potest per hanc sæpe aliquid illinc accipere: quãdoqdem per hãc
illinc est effecta. Ideoq; si quando a propria forma degeneret: po
test hoc medio sibi proximo formari rursum/perq; id medium in
de facile reformari. Ac si certe cuidã rerum spẽi/uel idiuiduo eius
rite adhibeas multa/quę spargsa sunt:Sed eidem ideæ conformia.
Mox i materiam hãc ita oportune paratam/ singulare munus ab
idea trahes per rationem uidelicet animæ seminalem. Non enĩ in
tellectus ipse proprie:sed anima ducitur. Nemo itaq; putet certis
mũdi materiis trahi numina quędã a materiis penitus segregata:
Sed Demones potius animatiq; mundi munera stellarũq; uiuen
tium. Nemo rursũ miretur per materiales formas animã quasi al
lici posse. Siquidem escas eiusmodi sibi congruas ipsa mer/qbus
alliceretur/effecit:& semper libenterq; habitat in eisdem. Neq; in
mũdo uiuente toto quicq̃ reperitur tã deforme/cui non adsit ani
ma:cui non insit & animæ munus. Cõgruitates igitur eiusmodi
formarũ ad rationes animæ mundi Zoroaster diuinas illices ap
pellauit: quas & Synesius magicas esse illecebras cõfirmauit. Ne
mo deniq; credat ad propriam quãdam materię spẽm & tempore
certo hauriri omnia prorsus ex anima dona: Sed ꝑ oportunitate

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

dona dũtaxat ſeminis/quo talis ſpẽs pululauit: ſeminumq; con formium. Itaque hic homo humanis tantum adhibitis non pro prias piſcium uel auium dotes/inde ſibi uendicat: Sed humanas atque conſimiles. Adhibitis autẽ quæ ad ſtellam talem ptinent atque Demonem/ ſtellæ Demoniſq; huius proprium ſubit influ xum/ uelut lignum per ſulfur paratum ad flãmam ubiq; præſen rem. Atq; hunc non modo per ipſos ſtellę Demoniſq; radios: ſed etiam per ipſam mundi animam ubiq; prẽſentem: in qua & cuiuſ libet ſtellæ Demoniſq; ratio uiget: partim quidem ſeminalis ad generandum: partim etiam exemplaris ad cognoſcendum. Hæc enim ſecundum Platonicos antiquiores rationibus ſuis edifica uit ultra ſtellas in cęlo figuras: parteſq; ipſarũ tales/ut ipſę quoq; figuræ quædam ſint: ipreſſitq; his omnibus proprietates. In ſtel lis autem figuris/partibus/proprietatibus/omnes rerum inferio rum ſpẽs continentur/& proprietates earum. Vniuerſales uero fi guras octo poſuit atq; quadraginta ſcilicet in zodiaco duodecĩ: extra uero ſex atque triginta. Item in zodiaco triginta ſex ad nu merum facierum. Rurſus ibidem ter centum/atq; ſexagĩta ad nu merum graduum. In quouis enĩ gradu ſunt ſtellæ plures/ ex qui bus ibi conficiuntur imagines . Similiter imagines extra zodia cum in plures diuiſit figuras pro facierum ibidem graduũq; ſuo rum numero. Conſtituit denique ab imaginibus his uniuerſali bus ad uniuerſales imagines habitudineſ/& proportiones quaſ dam/quę ipſę quoq; imagines illic extent. Eiuſmodi uero figu rę continuitatem quęq; ſuam habent ex radiis ſtellarum ſuarum in ſe inuicem peculiari quadam proprietate coniectis. A quibus formis ordinatiſſimis dependent inferiorum formę/illinc uideli cet ordinatæ. Sed & cęleſtes illæ tanq̃ & inter ſe diſiunctæ/ proce dunt a rationibus animæ coniunctis inuicẽ: & quodãmodo mu tabiles/a ſtabilibus. Sed hę quatenus ſe ipſas non cõprehendũt/ referuntur ad formas in mente uel animali uel eminẽtiore ſe ſe cõ prehendentes: quæ tanq̃ multiplices redigũtur ad ſimpliciſſimũ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

unum atque bonū/ſicut figurę cęleſtes ad polum. Sed redeamus ad animam .Quando igitur anima gignit ſpeciales inferiorum formas uireſq;/eas per rationes efficit proprias:ſub ſtellarum formarumq; cęleſtium adminiculo. Singulares uero indiuiduorum dores/ quæ ſæpe nonnullis inſunt tam mirabiles q̄ in ſpeciebus eſſe ſolent exhibet per ſeminales ſimiliter rationes:non tam ſub amminiculo formarum figurarumq; cęleſtium/q̄ ſitu ſtellarum & habitu motionum/aſpectuumq; planetarum/tum iter ſe/ tum ad ſtellas planetis ſublimiores. Anima quidem noſtra ultra uires membrorum proprias communem ubique promit in nobis uitæ uirtutem . Maxime uero per cor/tanquam ignis animę proximi fontem. Similiter anima mundi ubiq; uigens per ſolem præcipue ſuam paſſim explicat communis uitæ uirtutem. Vnde quidā animam & in nobis & in mundo/in quolibet membro totam/potiſſimum in corde collocant atque ſole. Semper uero memento ſicut animæ noſtræ uirtus per ſpiritum adhibetur membris: ſicuir tutem animæ mundi per quitam eſſentiam/quę ubiq; uiget tanq̄ ſpiritus intra corpus mundanum/ſub anima mundi dilatari per omnia:maxime uero illis uirtutem hanc infundi; quæ eiuſmodi ſpiritus plurimum hauſerunt. Poteſt autem quinta hæc eſſentia nobis intus magis magiſq; aſſummi:ſiquis ſciuerit eam aliis elementis immixtam plurimum ſegregare: uel ſaltem bis rebus frequenter uti/ quæ hac abundant/puriore præſertim. Ceu electrum uinum/& ſaccharum/& balſamum/atque aurum/ pretioſiq; lapilli/mirobalaniq; & quæ ſuauiſſime redolent:& quæ lucent. Maxime uero quæ in ſubtili ſubſtantia qualitatem habēt calidam/ humidamq;/& clarā. Quale præter uinum eſt albiſſimū ſaccharum: pręſertim ſi huic adhibueris aurum/odoremq; cinnami/atque roſarum. Pręterea ſicut alimenta rite in nobis aſſumpta per ſe non uiua/rediguntur per ſpiritum noſtrum ad uitę noſtrę formam:ſic & corpora noſtra rite accomodata corpori ſpirituique mundano

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

uidelicet per res mundanas/ & per noſtrum ſpiritum/ hauriũt ex uita mundana q̃plurimum. Si uolueris ut alimentum ra piat præcereris formam cerebri tui uel iecoris atque ſtomachi: ſimile quantum potes accipe alimentum/ ideſt cerebrum/ & iecur/ & ſtomachum/ animalium/ ab humana natura non lon ge diſtantium. Si opras corpus tuum atque ſpiritum/ ex ali quo mundi membro/ uidelicet ex ſole uirtutem accipere/ quæ re quæ ante alia ſunt ſolaria: inter metalla lapilloſque/ magis autem inter plantas. Sed inter animalia magis. Maxime inter homines. Similiora enim tibi magis proculdubio conferunt. Hæc & extra ſunt adhibenda: & intus pro uiribus aſſummen da: præſertim in die/ & hora ſolis/ & ſole in figura cęli regnan te. Solaria uero ſunt omnia ex lapillis/ & floribus/ quæ eli tropia nominantur/ quia uertuntur ad ſolem. Item aurum/ & auripigmentum/ aureiq; colores/ cryſolitus/ carbunculus/ mir ra/ thus/ muſcus/ ambra/ balſamum/ mel flauum/ calamus aro maticus/ crocus/ ſpica nardi/ cinnamomum/ lignum aloes/ cę teraq; aromata. Aries: aſtur: gallus: olor: leo: cantarus: croco dillus: hoĩes flaui: criſpi: ſępe calui: magnanimi: ſuperiora par tim cibariis/ partĩ unguẽtis ſubfumigationibuſq;/ partim uſui accommodari poſſunt. Hæc ſentienda/ & cogitãda frequenter/ & imprimis amanda. Et luminis plurimum eſt quærendum.

Si dubites uentrem ab iecoris fomẽto deſtitui/ trahe ad Ven trem iecoris facultatem/ tum frictionibus/ tum fomentis/ per ea quæ iecori congruunt: per cicoream: endiuiam: ſpodium: & eupatorium: & epaticam: atque epata. Similiter ne deſtituatur tuum corpus ab Ioue/ moue corpus in die/ horaq;/ & regno Io uis: & urere interim Iouialibus. Argento: iacinto: topatio: co rallo: chriſtallo: berillo: ſpodio: Saphiro: uiridibus aeriiſque coloribuſ. Vino: ſachato: albo melle: & cogitationibus affecti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

busq; plurimum. Iouialibus ideſt conſtantibus/ęquis/religio ſis atque legiferis: & inter homines eiuſmodi/ ſanguineoſq;/ & pulchros/uenerabileſque uerſabere. Sed memento primis illis rebus frigidis inſerendum eſſe aurum:& uinum:mentāq; et crocum:et cinnamomum:atque doronicum. Animalia uero Iouialia eſſe Agnum:pauonemque:et aquilam: et iuuencum.

Quomodo uero uirtus Veneris attrahatur turturibus/ Columbis/ et moracillis/ et reliquis non permittit pudor oſtendere.

De Concordia Mundi.
De natura hominis ſecundum ſtellas.
Quomodo fiat attractus ab unaquaq; ſtella
Caput .ii.

n Eq; uero diffidere debet quiſquam/nos atq; omnia/ quę circa nos ſunt/præparamētis quibuſdam poſſe ſibi uendicare cęleſtia. Nam cęlitus hæc facta ſunt: aſſidueque reguntur: & illinc imprimis præparata ſunt ad illa:& quod maximum eſt/ mundus animal in ſe magis unum eſt/q̄ quoduis aliud animal:ſi modo eſt animal perfectiſſimum.

Ergo ſicut in nobis membri cuiuſlibet præſertim principalis qualitas motuſque ad alia pertinet:ita membrorum principalium actus in mundo commouent omnia: & membra inferiora facile capiunt a ſupremis ultro dare paratis. Quo enim potentior cauſa eſt:eo eſt promptior ad agendum:eo igitur propenſior eſt ad dandum. Exigua igitur præparatio nobis inſuper adhibita ſufficit cęleſtium muneribus capiendis:ſi modo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

quiſque ad id prȩcipue ſe accommodet/cui eſt prȩcipue ſubdi tus. Sed ante uniuſcuiuſque noſtrum proprietatem/ huma næ ſpeciei proprietatem conſiderare debemus. Hanc igitur eſſe ſolarem/aſtrologi arabes conſenſerunt. Quod ego ſtatu ra hominis erecta: pulchraque: humoribuſque ſubtilibus: & ſpiritus claritate: imaginationiſque perſpicuitate: ſtudioque ueritatis & gloriæ: uerum eſſe coniecto. Addo quinetiam proprietatem huic Mercurialem: ob ſtrenuum uerſatilis inge nii motum. Et quoniam humanum genuſ natum nudum: iner me: omnium egenum: hæc omnia propria induſtria ſibi com parat: Quod eſt Mercurii proprium. Addo etiam Iouialem/ ob complexionem corporis temperatam atque leges. Et quo niam ſecundo menſe/ quo Iuppiter dominatur/ uitam accipi mus: atque naſcimur nono: quo iterum recipit dominatum. Itaque humana ſpecies ab his tribus potiſſimum dotes inſu per ampliores ita demum ſibi poterit uendicare: Si per Solaria/ Mercurialiaque/ & Iouia ſe ipſam eis magis in dies atque ma gis accommodabit. De reliquiſ autem quid? Saturnus non fa cile communem ſignificat humani generis qualitatem atque ſortem: Sed hominem ab aliis ſegregatum: diuinum: aut bru tum: beatum: aut extrema miſeria preſſum. Mars: Luna: Ve nus: affectus & actus homini cum cȩteris animantibus æque cõmunes. Ad ſolem igitur & Iouem/atque Mercurium reuerta mur. Solaria quidem nonnulla & Iouia diximus: Mercuria lia uero neſcio quomodo prætermiſimus. Sunt autem eiuſmo di. Stamnum: Argentum: prȩſertim uiuum: Marcaſſita argen tea: lapiſ achates: uitrum: porphyriticum: & quȩ croceum cum uiridi miſceant/ſmaragdum atque lacca. Animalia ſagacia & ingenioſa ſimul et ſtrenua/ſimiæ: canes. Homines eloquẽtes: acuti: uerſatiles: oblonga facie: manibuſqne non pingues.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

Sunt autem quærenda/et exercenda quæ ad aliquem plane tam attinent: eo uidelicet dominante (ut diximus) in die & hora eius si fieri potest: etiam quando ipse sit ī domicilio/uel exaltatione/uel saltem triplicitate sua & termino & angulo cę li: extra combustionem directus: ac sæpius orientalis: si sole sit superior. Item ī auge: et aspiciatur a luna. Siquis autem ab ipsa Luna beneficium/ & a Venere poscat/tempora similia ob seruare debebit. A Venere quidem per animalia sua quæ dixi mus/& per corneolam: & saphyrum: lapidemque lazoli: ęs cro ceum atque rubeum: & corallum: omnesque pulchros uariosq; uel uirides colores: & flores: atque concentus: suauesq; odo res: atque sapores. A Luna per alba/& humida/ & uiridia/per argentum atque christallum/& uniones/ & argẽteam marcassi tam. Quoniam uero Saturnus quidem statui & perseuerātiæ dominatur: Mars autẽ efficacię motus: cogimur nõnunquam horum quoq; gratia ab eis patrocinia postulare: temporibus uidelicet similiter obseruatis. Ab illo quidẽ per materias quas dam quodammodo terreas/ & fuscas/ atque plumbeas/ & fu scum iaspidẽ/& magnetem/& camoinum atque calcidonium/ & ex parte quadam per aurum/ & auream marcassitam. A Mar te uero per ignea/rubea/ęs rubeum. Sulphurea omnia. Ferrum lapidemque sanguineum. Neque diffidas Saturnum habere non nihil in auro. Nam propter pondus id putatur habere. Quinetiam Solī aurum simile sic omnibus metallis iest/ sicut Sol in planetis omnibus atque stellis. Iam uero si quis conui cerit Saturnum & Martem natura noxios esse/quod equidem nunquã crediderim: tamen his quoq; utendum: quemadmo dum uenenis nõnunq̃ utuntur & medici: Quod Prolemęus in Centiloquio probat. Proderit ergo quandoque uis Satur ni caute sumpta: sicut apud medicos/quę adstringũt atq; cõti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

nēt:immo & quo ſtupefaciunt/ ſicut oppium & mādragora. Martis quoq; ſicut euforbium & elleborus. Cautiſſimi uero hac in re fuiſſe uidentur magi brachmanes pythagorici: Qui cum ob ſedulum philoſophandi ſtudium Saturni tyrannidem formidarent/uestibus albis amiciebantur: Iouialibuſq;/ ſiue phoebeis quotidie ſonis & cantibus utebantur: plurimumque ſub diuo uiuebant. Vbique uero memento per affectum ſtudiūq; animi/& per ipſam ſpiritus qualitatem/ nos facillime ſubitoq; exponi planetis eundem affectum ac ſtudium & qualitatem ſignificantibus. Per ſepe rationem igitur a rebus humanis : per ocium : ſolitudinem : firmitatem: per theologiam: ſecretioremque philoſophiam ſuperſtitionem: magiam: agricultur̄: per moerorem Saturno ſubiicimur. Per ciuilia & ambitioſa negocia/ per philoſophiam naturalem/ communemq;: per religionem ciuilem: perq; leges Ioui. Marti per iram atque certamina. Soli Mercurioq; per ſtudium eloquentiæ/ cantuſque & ueritatis & gloriæ atque ſolertiam. Veneri per letitiam & muſicam & feſtiua. Lunę per uictum plantis ſimilē. Sed hanc inter hos differentiam mēte reneto exercitationem ingenii magis publicam atque amplam ad ſolem ſpectare : Priuatā uero & artificio manciparam/ potius ad Mercurium. Tum uero muſicam grauem quidem Iouis Soliſq; eſſe: Leuem Veneris: Mediam uero Mercurii. Similis quoque de ſtellis fixis ratio eſt. Hęc quidem communis humanæ ſpeciei regula. Propria uero unicuique regula fuerit explorare/quę ſtella/quid boni/ cuique in genitura promiſerit/atque ab ea potius q̄ ab alia repoſcere gratiam. Et ab unaquaq; nō quodlibet donū. & quod aliatū eſt: ſed eius ꝓpriū expectare: niſi forte tum a ſole communia/ multa reportes: ranq̄ communi quodam duce cęleſtium/& ab Ioue ferme ſimiliter: tum mundana pariter omnia ab anima ſpirituq; mundi. Quem ſicut & quoduis animal: multoq; efficacius animatum eſſe: non ſolum Platonicæ rationes: ſed etiam aſtrologorum arabum teſtimonia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

comprobant. Vbi etiam probant ex applicatione quadam ſpiri tus noſtri ad ſpiritum mundi per artem phyſicam affectūq; facta/ trahici ad animam corpuſq; noſtrum bona cęleſtia. Hinc quidem per ſpiritum noſtrum in nobis medium/& tunc a mundi ſpiritu roboratū: inde uero per radios ſtellarum fęliciter agentes in ſpiri tum noſtrum/& radiis naturaſimilem: & tunc ſeipſum cęleſtibus coaptantem.

Inter animam mundi & corpus eius manife ſtum eſt ſpiritus eius/in cuius uirtute ſunt quatuor elementa. Nos uero per ſpiritū no ſtrū hunc poſſumus haurire. Cap. iii.

PRofecto mundanum corpus quantum ex motu gene rationeq; apparet eſt ubique uiuum: quod indorū phi loſophi probant ex eo q̄ paſſim ex ſe uiuētia generet. Ergo per animam uiuit ubique ſibi præſentē/ ac prorſus accomo datam. Igitur inter mundi corpus tractabile/ & ex parte caducū: atque ipſam eius animam/cuiuſ natura nimium ab eiuſmodi cor pore diſtat: ineſt ubiq; ſpiritus: ſicut inter animam/ & corpus in nobis: ſi modo ubique uita eſt communicata ſemper ab anima corpori craſſiori. Talis nāq; ſpiritus neceſſario requiritur tanquā medium: quo anima diuina: & adſit corpori craſſiori: & uitam ei dem penitus largiatur. Corpus autem omne facile tibi ſenſibile/ tāquam ſenſibus tuis accomodatum/ craſſius eſt/& ab anima di uiniſſima longe degenerans. Opus eſt igitur excellentioris cor poris adminiculo quaſi nō corporis. Proinde ſcimus uiuētia oīa tam plantas q̄ animalia: per quendam ſpiritum huic ſimilem ui uere atq; generare. Atq; inter elemēta/quod maxime ſpirituale eſt/ uelociſſime generare: ppetuoq; moueri quaſi uiuēſ. Sed quęres in rerea/ſi elemēta atq; animantes generāt aliqd ſibi ſimile ſuo quo dā ſpū/cur lapideſ & metalla nō generāt? quæ iter elementa & ani

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

mantes media ſunt. Quia uidelicet ſpiritus ī eis craſſiori materia cohibetur. Qui ſi quando rite ſecernatur/ ſecretuſq; conſeruetur: tanq̄ ſeminaria uirtus poterit ſibi ſimile generare. Si modo materiæ cuidā adhibeatur generis eiuſdem qualem ſpiritum phyſici diligentes ſublimatione quadam ad ignem ex auro ſecernentes: cui uis metallorum adhibebunt: aurumq; efficient. Talem utiq; ſpiritum ex auro uel ex alio rite tractum/ atque ſeruatum elixir arabes aſtrologi nominā. Sed ad mundi ſpiritū redeamus: per quem mundus generat omnia: quādoq̄dem & per ſpiritū ꝓpriū omnia generant. Quem tū cęlum/tum quintā eſſentiā poſſumus appellare. Qui talis ferme eſt in corpore mundi/qualis in noſtro noſter. Hoc imprimis excepto: ꝙ anima mundi hunc non trahit ex quatuor elementis tanq̄ humoribus ſuis: ſicut ex noſtris noſtra: īmo hunc ꝓxime (ut platonice ſiue plotinice loquar) ex uirtute ſua procreat genitali quaſi tumens: & ſimul cum eo ſtellas: ſtatimq; per eum parit quatuor elementa: quaſi in illius ſpiritus uirtute ſint omnia. Ipſe uero eſt corpus tenuiſſimum: quaſi non corpus/& quaſi iam anima. Item quaſi non anima/& quaſi iā corpus. In eius uirtute minimum eſt naturę terrenę. Plus aūt aqueę. Plus item aeriæ. Rurſus igneæ ſtellariſq; q̄plurimum. Ad horum graduum mēſuras/ ipſe quantitates ſtellarum elementorūq; prodierunt. Ipſe uero ubiq; uiget/ in omnibus generationis omnis proximuſ auctor/atq; motus: de quo ille. Spiritus intus alit. Totus eſt ſuapte natura lucidus caliduſq;/ & humidus atque uiuifi cus/ex dotibus animæ ſupioribus dotes eiuſmodi nactus. Quē plurimum hauſiſſe Apolloniū Theaneum/teſtificatus eſt indus Hiarchas dicēs/mirari nemo debet o Apolloni te diuinādi ſcientiam conſecutū: cū tantū ętheris in aīa geras.

Spiritus noſter haurit mundi ſpiritum per radios Solis & Iouis/quatenus ipſe fit ſolaris & Iouialis.

Cap. iiii

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

h Vnc ꝙ igitur ſtudebis tibi imprimis ſinuare. Hoc.n. me dio naturalia quędā beneficia reportabis: tum corporis mūdani: tū animę: tū etiā ſtellarū: atq; Demonū. Nā ipſe inter craſ ſum mūdi corpus & aīam medius ē. Et ī ipſo ſtellæ ſunt & Demo nes: atq; per ipſum. Siue.n. mundi corpus atq; mundana ſint ab anima mundi proxime: ſicut Plotino placet atq; Porphyrio: ſiue mundanū corpus: ſicut & aīa ꝓxime ſit a deo/ ut noſtris placet & forte Timeo pythagorico: omnino uiuit mūdus/ atq; ſpirat: ſpiri tumq; eius nobis haurire licet. Hauriē aūt proprie ab homine per ſuū ſpiritū illi ſuapte natura conformē. Maxime ſi reddaē etiā ar te cognatior. i. ſi maxime cęleſtis euadat. Euadit uero cęleſtis: ſi expurgeē a ſordibus: & omnino ab eis/ quæ inhęrent ſibi diſſimi lia cęlo: Quę quidē ſordes nō ſolū intra uiſcera ſi fuerint/ uerum etiā ſi in aīo/ ſi in cute/ ſi in ueſtibus/ ſi in habitatione/ & aere/ ſpi ritū frequenter inficiūt. Efficieē randē cęleſtis/ ſi ad orbicularē ani mi corporisq; motū/ ipſe quoq; orbes efficiat: Si ad aſpectū cogi tationēq; lucis frequentioreē etiā ipſe ſubtiliter: Si adhibeanē ei ſi milia cęlo ea cōmuniter diligēria/ qua Auicēna ī libro de uiribus cordis ſpūm curat. Et nos in libro de curāda litteratorū ualitudi ne curare cōtendimus. Vbi primum ſegreganē ab eo uapores ob nubilāres medicinis ita purgātibus. Secūdo rebus lucētibus illu ſtraē. Tertio ita coliē/ ut & tenueē ſimul/ & cōfirmeē. Fiet deniq; cęleſtis maxime: q̄tum dictat ratio preſens: ſi applicenē ei poriſſi mum radii influxuſq; ſolis inter cęleſtia dominātis. Atq; ita ex hoc ſpū tanq̄ ī nobis medio cęleſtia bona īprimis inſita ſibi ī no ſtrum tum corpus tū animū exundabūt. Bona inq̄ cęleſtia cūcta. In ſole enim omnia cōtinentur. Conferet autem ſol ad ſpiritū ſo larem efficiendū proprie: quando ſub ariete fuerit/ uel leone: ipſū aſpicientе luna: maxime in leone. Vbi adeo ſpiritum noſtrum ue getat: ut ipſum muniat cōtra uenenum epidimie repellendum: quod ꝑſpicue apparet ī babylonia/ & egypto/ & regionibus ſpec tātibuſ ad leonē: ubi ſol leonē intrās/ epidimiā ſedat/ ea dūraxat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

ratione/ qua diximus. Tunc ergo & tu solaria passim exquisita compone. Tunc incipe solaribus uti: ea tamen cautione/ qua sub æstu exsiccationem diligenter euites. Non poterit autem facile spiritus solaris euadere/ nisi sit q̃plurimus. Ad solem. n. maxime pertinet amplitudo: Quã plurimũ uero faciet/ tum dilgẽtia cor rebus cordialibus intus & extra fouens: tum etiam uictus ex alimentis quidẽ subtilibus: multũ tamẽ/ & facile & salubriter nutriẽtibus. Motus quoq; frequẽs atq; lenis/ & oportuna qes/ aerq; re nuis atq; serenus: & ab æstu geluq; remotus: Præcipue lætus animus. Rursum nec solaris erit nisi calidus fuerit/ & subtilis/ & clarus. Subtilẽ clarũq; facies/ si tristia/ & crassa deuitabis & fusca. Ueteris lucidis lętisq; intus/ & extra. Luminis multũ die nocteq; excipies. Sordes expelles/ & otiũ/ & torporẽ. Imprimis tenebras deuitabis. Perducturus aũt spũm ad calorẽ soli naturalẽ: caue ne ad tertiũ caloris gradũ siccitatẽq; deducas. Calor enim ipse solis naturaliter nõ exsiccat: Alioqn non esset sol uitę generationisq; dominus/ & auctor augmenti. Siccare uero cõtingit radiis eius in cõcauis materię siccæ cõclusis. Humorẽ itaq; calori subtilẽ qualis ẽ solaris/ & maxime iouius/ adhibebis/ & cõseruabis in spũ/ rerum eiusmodi usu: si solarẽ sis effecturus: Ne alioqn ad martiũ potius q̃ ad solarẽ forte deducas. Martem quidem soli esse similem in paucis & his quidẽ manifestis/ nec admodum excellẽtibus/ & interim inimicũ esse ferunt. Iouẽ uero Soli simillimũ in plurimis excellentibusq; muneribus quãuis occultioribus & amiciſſimũ esse scimus. Vnde Ptolemęus ubi de consonãtia disputat/ Iouem ait cum Sole præcereris perfectissime cõsonare: Veneremq; cum luna. Omnesq; astrologi uniuersalem beneficentiã Soli tribuunt similiter atq; Ioui. Quãuis sol eadẽ efficacius agat/ & Iuppiter sub uirtute Solis efficiat. In utroq; calor uiget/ superatq; humorem. Sed in Ioue superat modice: In Sole supat excellẽter: Vtrobiq; benefice. Cũ igiť adeo cõsonẽt/ facile poteris spũm solarẽ efficere pariter atq; Iouiũ: ac res solares & Iouiales rite poteris inuicẽ cõmiscere.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

Preſertim ſi & has inuicem cõponas/ & ſpiritui adhibeas quãdo Iupiter ſolem trino aſpicit: uel ſextili/uel ſaltem quãdo luna ab aſpectu alterius ad alterũ procedit aſpiciẽdũ. Maxime quãdo ab aſpectu ſolis ad coitũ cum Ioue ꝓgrediť. Seorſum uero ſolarem ꝓprie facies/uel iouialem quãdo aſpectũ lunæ ad ſolẽ obſeruaueris uel ad Iouem. Tam & ſi cõſecutus naturã huius/naturã mox illius facile conſequeris. Sextilẽ uero aſpectũ intelligę/quando planetę duo inter ſe ſignorũ duorũ ſpatio diſtant. Trinum autẽ/ quãdo quatuor ſignorũ diſcrepãt interuallo. Coniũctionẽ uero uel aſpectum lunæ ad alios duodecim gradibus citra/totidemq; ultra metimur.

Tres gratię ſunt Iuppiter & Sol & Venus. Iuppiter ẽ gratia geminarũ media & maxime nobis accomodata Cap. v.

COmpoſitiones qdẽ/& curationes Iouias ſimul/atq; Solares iuenies in libro noſtro de uita lõga/& i libro de litteratorũ cura. Vbi ẽt miſcuimuſ pleraq; uenerea. Nã & nos i ſtudioſis timemus exſiccationem/cui reſiſtit Venus. Et hęc ipſa Venus eſt amiciſſima Ioui: ſicut & Soli Iuppiter. Quaſi gratiæ tres inter ſe cõcordes/atq; coniũctæ. Ab his quidem tribus cęli gratiis/& a ſtellis eiuſdẽ generis aſtrologi gratias & ſperãt/& diligenter exq runt/eaſq; per Mercuriũ/atq; lunã/quaſi nũtios tranſmitti putãt: atq; curant: facile uero cõmuniterq; ꝑ lunã. Lunã quidẽ cum Ioue coniũctam aut Venere fęliciorẽ eſſe putãt/ q̃ ſi ꝑ ſextilem aſpexerit/aut trinum. Verũtamẽ ſi per trinum aſpiciens etiã ſuſcipiať ab illis quaſi exiſtimãt eſſe cõiunctã. Similiter ſi a Sole ꝑſpecta fuerit ſimulq; recepta. Nos aũt ſi horum trium ſtellarũq; ſimilium uires effectuſq; oẽs percurrere ſingulatim uelimus/lõgum opus aggrediemur: exq̃ſitu difficile/ difficillimũ obſeruatu. Si ad Venerem nos ꝓprie cõferamus: nõ facile ſolẽ habemus. Si ad ſolẽ ꝓprie/nõ facile Venerẽ. Vt igiť tres ſimul in uno gratiaſ complectamur ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

Iouem tandē cōfugiemus: inter Solem Venerēq; natura effectuq; medium/qualitate admodū tempatum/ & quæcūq; ſperanť a Venere uel a Sole ſuo quodā pacto tradentē/magnificentius qdem honeſtiuſq; q̄ Venus/tempatius quoq; q̄ ſol/& i omnibus cū humana natura maxime cōgruentē. Vtemur itaq; Iouis quādo & ipſe/& Luna dignitatē tum naturalē/tū accidentalem habuerint/ ſintq; ſimul: uel fęliciter ſe aſpiciāt. Si quādo id fieri omnino nō poſſit/miſce Solaria: i unū ſimul/atq; Venerea/ facieſq; ſic Iouiale ex utriſq; cōpoſitū/quādo uidelicet Luna a coitu Veneris eat ad ſextilē Solis aſpectū/uel ecōuerſo. Memento uero i rebus cōponē dis quę corſpūmq; foueāt/& corroborent/Lunam cōferre potiſſimum: ſi una cū his muneribus: hoc etiā habuerit/ut p aeria ſigna diſcurrat/maxime p aquariū/ quod eſſe maxime putať aeriū: uel ſi i ſuo domicilio ſit/aut exaltatione ſua/uel domo Iouis aut Solis. Et ubicūq; ſit/ſi māſionē ex uiginti illis/& octo teneat/tum ſi bi/rum etiam operi competentem.

De uirtute in nobis naturali/ uitali/aiali. Et p quos planetas ad iuuentur/& qūo per aſpectū Lunę ad Solē & Venerē: maxime uero ad Iouem. Cap. vi.

p Ręcipua uero diſciplina eſt recte tenere quē ſpūm/quamuim/quā rem potiſſimū hi planetę ſignificāt. Luna ergo/ Venuſq; uim/& ſpūm naturalē/atq; genitalē/& quæ hunc augent Iuppiter eadē: ſed efficacius eparq;/& ſtomachum/haberq; nō mediocrē partē in corde & ſpū: uirtuteq; uitali: quatenus ſuapte natura cū ſole conſentit: imo & per ſe ipſum. Alioqn cor uitalē ſpiritū nō proprie i mēſe iouis acciper. Vnde Iouē greci appellāt uitā: & p quē uita: habere quoq; i aiali ſpū poreſtatē reſtāť Aſtrologi: dicētes Iouem ad philoſophiam & ueritatem inueniēdā/ religionemq; conferre. Et Plato ubi ait ab Ioue philoſophos proficiſci. Quod etiā ſignificauit Homerus antiquorum opinione dicens.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

Talis eſt mens hominibus: qualē indies adducit pater hominū atq; deorū. Nuſq̄ uero numen aliquod ita cognominat præter Iouem. Sol ſpūm uitalē præcipue corq; ſignificat: & habet nō nihil: imo non parū in capite/ ꝓpter ſenſum atq; motum: cuius eſt ipſe dominus/ neq; uim deſerit naturalē. Mercurius cerebrū & inſtrumēta ſenſuū. Ideoq; ſpūm animalē. Proinde tutiſſima uia erit/ nihil ſine Lunę beneficio facere. Quādoq̄dem cęleſtia cōmuniter & frequenter atq; facile ad inferiora demittit: quā alterū Solē nominār: quolibet mēſe quatuor anni tēpora facientē. In prima. n. ſui quarta ut Peripatetici putār eſſe calidā/ atq; humidā. In ſecūda calidā & ſiccā. In tertia frigidā/ atq; ſiccā. In quarta frigidā/ atq; humidā. Lumenq; eius proculdubio Solis eſſe lumē. Humores generationemq; regere: oēſq; mutationes fętus ipſius in aluo conuerſionibus ſuis metiri: & quotiēs ſoli iungit̄/ uiuificam ab eo uirtutē recipere/ quā infundat humori: atq; ibidem a Mercurio uim humores cōmiſcentē. Quā uim Mercurius & trāſformatione in oēs ſua/ & giris multiplicibus affert. Ibidē mox a Venere uim/ quę conducat ad formas genituræ conuenientes. Opę preriū uero fuerit meminiſſe diurnū Lunæ curſum in quatuor diſtribui quartas. In Prima quidē ab oriēte ad medium aſcēdit cęlū: atq; interim humorē & ſpūm auget naturalē. In ſecūda a cęli medio petit occaſum/ effi citq; in nobis oppoſitū. Tertia ab occaſu cęlū ſubter mediū adit: iterūq; ſpūm illū auget & humorem. Quarta cadit inde uerſus ortū: minuitq; uiciſſim. Quod maxime in oceani ripis apparet: Vbi ad hūc curſum mare manifeſtius accedit/ atq; recedit: eodēq; ordīne uigorī ægrotātibus. Probabile ēt eſt/ ſolem per eaſdē ſui quartas calorē naturalē & ſpūm uitalē augere/ uel diminuere. Aīalem quoq;/ quatenus Mercuriū habet comitē. His cognitis poterit medicus pro humore & calore naturali/ & quolibet ſpiritu recreādo tempora oportuniora ſeruare. Sed nunc de luna ſatis. Neq; dimittere decet Iouem i cuius menſe altero quidē uitā accepimus: altero autē cōmuniter & fęlicius nati ſumus. Et qui inter Solem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

atq; Venerẽ: item iter Solẽ atq; Lunam est qualitate effectuq; medius: ideoq; cõplectitur oĩa. Solẽ uero ipsum prætermittere cęli dominũ nephas/ atq; periculosum existimamus: nisi forte qs dixerit/ eum q Iouẽ habet: in Ioue Solẽ iã habere/ illic potissimũ ad homines tẽpatum. In sole certe omnes celestiũ esse uirtutes/ nõ solum Iamblicus Iulianusq;: sed oẽs affirmãt. Et Proculus ait ad Solis aspectũ/ oẽs omniũ cælestiũ uirtutes congregari in unũ atq; colligi. Iouẽ uero esse Solem quẽdam ad nos tẽpatum nemo negabit. Lunã quoq; tẽpatam ad Venerẽ ne neglexeris. Multum enĩ ad ualidam prosperamq; uitam adiuuat. Siquidem Venus fęcundat hominẽ/ facitq; lætũ. Hanc igitẽ obseruabis. Quanq̃ si Lunã Veneri similẽ. s. humore prorsus æqualẽ: & uix minus calidã: cum Ioue rite misceas/ aut Sole/ propemodũ iam Venerẽ habes. Quid ergo? ut rutissima oĩum & cõmodissima simul icedas uia/ Lunam obserua/ quãdo Solẽ aspicit/ coitq; cũ Ioue: uel saltẽ Iouẽ simul aspicit atq; Solẽ: aut certe quando post aspectũ Solis mox ad Iouis coitũ progreditur uel aspectũ. Atq; eo ipso tempore cõpone inuicem: uel adhibe tibi Solaria Iouiaq; simul atque Venerea. Quod si re ad unum ex magnis cõfugere necessitas urgeat/ uel negotiũ/ ad Iouem ipsum uel potius ad Lunã simul iouemq; confugito. Nulla enĩ stella naturales in nobis uires: immo & oẽs magis q̃ Iuppiter fouet/ atq; corroborat. Nulla rursum pollicetur prosperiora: simul atq; plura. Et ubiq; hunc accipere faustum est. Solem uero accipere/ forsitan nõ ubiq; tutum. Semp enĩ ille iuuat: hic sæpe nocere uidetur. Venus aũt quasi debilis. Ideo solus ille iuuans pater est appellatus: Id autẽ comprobat Ptolemęus: ubi ait/ pharmacum uix' quicq̃ mouere naturam dũ taxat/ quãdo Luna cum ioue congreditur. Vsqueadeo illinc proprie totam putat uniuersi corporis corroborari naturam. Expertus sum qn ẽt Luna coniuncta cum Venere medicinam uix mouere. Quãuis aũt ubi pituitam ualde timemus/ Lunã præcipue obseruemus ad Solem. Vbi uero bilem exsiccationẽq; eiusmodi ad Venerem: tamen

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

directio Lunæ ad Iouem/& ad hęc omnia quodāmodo confert: & præcipue ad atram bilem expellendam: necnō ad cōmunē ho minum cōplexionem inſtaurandā/atq; firmandā. Sicut enī glyci riza & oleum roſaceū frigidiora calefacit: calidiora refrigerat: ui numq; ſimiliter: Quod iſuper humectat ſicca: humidiora ſiccat: Ita Iupiter humano cōgruus calori/ ut unum: oleū roſaceum:ca momilla:glycirhiza. Vbi igitur audis Abumaſar dicentē. Nō eſt uita uiuentibus præter deum/niſi per Solem & Lunā. Id itellige quantum ad cōmunē omnibus ſpectat influxū. Proprius aūt ho mini accōmodatiſſimuſq; influxus eſt ab Ioue. Sunt autē in na tura corporis uires attrahendi/retinendi/coquendi/ expellendi. Has igitur omnes Iuppiter ipſe iuuat. Potiſſimū uero coquēdi/ſi ue digerendi uirtutē/atq; generandi & nutriēdi ſimul/& augēdi: propter humorē eius aerīū atq; multum: & calorē eiuſdē amplū/ humori mediocriter dominantē. Profecto p radioſ Iouis ſēp uſq; quaq; diffuſos lumen Solis proprium ad ſalutem hominum ma xime tempatur: Radiis interim Veneris ad idem aſſidue cōferen tibus. Atq; ſimiliter tranſferente Luna. Radii quidē Veneris/atq; Lunę tanq̄ humidiores quodam indigēt tempante: ſicut & Solis radii tanq̄ calidiores humidioris cuiuſdam temperiem exigunt. Radii aūt Iouis tempamentū nullum deſiderāt. Quid enī aliud Iuppiter eſt?niſi ſol quidam ad ſalutem rerum prēcipue humana rum ab initio tempatus? Quid rurſus aliud?niſi Luna Venuſq; facta tamen calidior atq; potentior? Ideo aſtrologi ab Ioue auſpi cantur annum fertilē/ſerenum/ſalubrem/ & ab eo iminentiū mor borum remedia ſperant. Atq; Empedocres ubi ppria unicuiq; pla netarum munera tribuit: Iouem ſolū generationis principem no minat Orpheum imitatus. Præter Iouem præcipiunt Lunam di ligenter in omnibus operibus obſeruādam tanq̄ medium inter cęleſtia comperens atq; terrena. Sit ergo Luna in gradu/ ſituq;/& aſpectu ad opus optatum conuenientē. Non ſit in eclyptica:nec ſub radiis Solis per gradus duodecim ultra citraq;/ niſi forte ſit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

in eodem minuto cū Sole. Pleriq; uero uolunt omnes planetas fore fortes quando in unitate Solis extiterint. Vnitatē uero metiunt minutis duobus atq; trigīta. ut. xvi. quidē citra. xvi. uero ultra connumerentur. Non impediatur a Saturno uel Marte: non descendat in latitudine meridionali: quando duodecim dictos gradus egreditur. Non sit opposita Soli: nec lumine minuat: nec tarda cursu/qāudo scilicet die uno/ duodecim nō pagit gradus. Non sit i uia combusta a gradu libre. xxviii. ad tertiū scorpionis: nec in octaua: nec in ascendente: nec in finibus Martis/ uel Saturni. Quidā uero nec i sexta: duodecima: nona: quarta lunam uolunt. In ceteris uero celi plagis approbant. Vbi hæc omnia complecti non potes: Iouem saltē expecta/uel Venerem i ascendente: uel decima. Sic enī subueniunt detrimētis lunę. Nec ab re fuerit recordari quatenus Luna lumine augetur/ eatenus & nobis non solum humorem: sed spiritum etiā uirtutemq; augeri: atq; hęc ad circūferētiā dilatari. Maxime i secūda eius quarta. Quando uero minuitur/ contra cōtingere. Præsertim in ultima quarta. Primum eius ad Solem trinū præesse secundo. Hunc sextili primo. Hunc sextili secūdo. Lunam quatenus lumine/eatenus repleri calore. Videntur ergo quidam nō tam obseruare qūo aspiciat luna solē: Semper enī aspicit/q̄ ut plurimum lumen habeat: pręsertim dum augetur. Aspiciat uero iterim trino uel sextili Iouem aut Venerē.

Proinde uirtutem attractiuam ignea iuuant. Retentiuā terrea. Digestiuam aeria. Expulsiuam aquea. Si tu has omnes i re adiuuare uolueris: attractiuam quidē per ignea maxime roborabis: quando Luna in signis uel stationibus igneis constituta Iouem aspicit scilicet Ariete Leone Sagittario. Retentiuam per terrea: potissimum/quādo intuet eundem in signis uel stationibus terreis collocata: Tauro Virgine Capricorno. Digestiuā generatiuamq; per aeria scilicet geminos libram aquarium/ quotiens sub aereis Iouem suspicit/aut subit. Expulsiuam per aqueā/cancrum pisces scorpium. Quando sub aqueis ipsa posita Iouis radiis illustrat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

Maxime uero in his omnibus cõſequeris oprata. Si Iupiter eadẽ uel ſimilia/uel ſaltẽ nõ diſſimillima ſigna/ manſionẽſ ue poſſede rit. Citaturus aluum/ſolidis medicinis/accipe piſces. Liquidis ſcorpionem. Mediis uero cãcrum. Per ĩferiora purgaturus/piſces & ſcorpium. Per ſuperiora/cãcrum. Malum Saturni uel Martis ad lunam deuitabis aſpectum. Ille enĩ uexat ſtomachum: hic inteſtina diſſoluit. Capricornum euitabis & taurum. Nauſeam enĩ affe runt. Scis membrum irritãdum nõ eſſe/quãdo Luna ſignum occupat membro pręfectum. Humores nãq; mouet. Sed potius eſſe fouendum. Hæc uero de uirtute & ſpiritu naturali in iecore præcipue dominãtibus/ quæ in quatuor officia quæ narrauimus diuiduntur: dicta ſufficiant. De uirtute uero ſpirituq; uitali in corde uigente quid nam monemus? Satis id ferme ſignificatum eſt. Nã per res ĩprimis igneas & quodãmodo ſimul aerias hæc adiuuantur/quando luna in domiciliis manſionibuſ ue conſimilibus ſuſpicit Iouem: pręcipue ſi Iouem complectatur & ſolem. Virtutem quoq; animalẽ per ſenſum & motum in capite dominantẽ confirmare pores per aeria ĩprimis/ſubiunctis igneis: quando Luna in domiciliis uel ſedibus conſimilibus Iouem ſuſpicit: præſertim ſi Iouem propemodum/Mercuriumq; cõplectitur. Hic uero te moneo/ne Mercurium putes aqueum eſſe uel terreũ: quod & ego aliquãdo ſuſpicatus ſum. Alioqn moribus celeritatiq; ingenii nõ cõferret. Sed quodãmodo aereum eſſe ſcias. Nam & ob eandem cauſam tam mobilis eſt/tam facile conuertibilis: tantum ingenio cõfert: pręſertim in aquario plurimum aerio conſtituto. Humor qdem in eo temperatus eſt. Calor exiguus. Sub ſole poſitus dicit exſiccare. Longior autẽ a Sole factus/humectare putatur. Ibi quidem calefacere multum ex natura ſolis. Hic uero calefacere parũ admodum & humefacere magis ſuapte natura. Calore forſan nõ cedit Veneri. Lunam ſuperat: humore uero cedit utriſq;. Aly probat Mercurium qualitates cęleſtium cõmiſcere: quoniã facillime permutetur: tum in qualitatem termini quem ſubit: tũ in naturã

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

ſtellæ/quam aſpicit. Ego igitur hunc tam facile permutari puto: quia nec excellentem poteſtatẽ quam Iupiter habet: nec exceden tem qualitatẽ/ quam pleraq; cæleſtia/ per quã alterationi reſiſtat. Deniq; probabile ẽ Mercurium aſſiduum Solis achatem/ multas illius uires habere. Ideoq; ſpari ſolaria quædã a Mercurio poſſe.

Aliquando uero & Martem tradunt/ Solẽ in quibuſdam mune ribus imitari: Ac Venerem quę ad lunam pertinent/ elargiri. Hæc igitur in agendo memineris. Neq; negligas unq̃ terminos. Aiũt enĩ planetas ĩ diuerſis terminis ceu lucidis atq; tenebroſis oppo ſita facere. Deniq; ubi Martem times/ oppone Venerem. Vbi Sa turnum/ adhibe Iouem. Ac da operam ut in perpetuo quodã pro uiribus motu uerſeris: tantũ defatigatione uitata. Vt & propriũ motũ externis motibus clam nocituris opponas/ & cæleſtẽ actũ pro uiribus imiteris. Quod ſi poteris ſpatia motibus ampliora peragere: ſic & cęlum potius imitaberis/ & plures cęleſtium uireſ paſſim diffuſas attinges.

Quomodo mẽbra foueanẽ in nobis per cõparationẽ Lunæ ad ſi gna & ad ſtellas fixas. Cap. vii.

Totum quemadmodum diximus corpus fouere pote ris: caput uero potiſſimum ſi planetas obſeruaueris ĩ ariete: uel in ſuo quẽq; domicilio primo. Præcordia ſi in leone. Stomachum iecurq; ſi in Cancro atq; ſagittario/ aut ſaltẽ in Virgine. Et acceperis ea quę proprie membrum petũt. Expedit quoq; noſſe quę quiſq; planeta mẽbra in ſigno quolibet habeat.

Potes etiam proprie pro ætatis diſcrimine conſulere unicuique per quatuor ætates Lunæ. Hæc enim a nouilunio uſq; ad quadra turam primam iuuenis eſt. Deinde ad plenilunium eſt iuuenis / atque uirilis. Hinc ad quadraturam alteram/ uirilis ſimul atque ſenilis. Inde uſq; ad cõiunctionem eſt ſenilis. Aetatem itaq; Lunę feliciter ętati curandi corporis adhibebis. Si tunc aſpectum eius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

ad aliquã trium gratiarum accepis. Qui ſane aſpectus Lunæ ſem per & cito gratioſa largiẽ. Neq; tamẽ facile admodũ diuturna uel maxima/niſi præter intuitũ lunæ/ ẽr ipſæ gratiæ mutuo ſe conſpi ciant iam/ uel ꝑpemodũ conſpecturæ ſint/aut tres ipſæ/aut duæ. Imprimis uero diuturna prębẽt ſigna fixa. Leo.ſ.aquarius. Tau rus. Scorpius. Si forte nõ poſſis impręſentia lunam ad planetas gratioſos oportune dirigere/ſtellaſ eligefixas gratiarũ naturã. i. Iouis aut Veneris aut Solis habẽres: & ad eas directã lunam eli ge. Tutius tamẽ eſt/ Lunã interea Iouẽ propemodũ adire uel Ve nerem. Stellę nãq; fixę ſi ſolę ſpectẽt/ ꝑportionẽ humanã. i. unius hominis nimis exſuꝑant. Proportionẽ uero cum ciuitatibus mo deratiorem habent.

De uirtutibus & uſu ſtellarum fixarum. Cap. viii.

Radunt aſtrologi maiores quaſdã ſtellas a Mercurio cõꝑ tas auctoritatẽ habere cꝫplurimã. Qualis eſt in arietis gra du. xxii. umbilicus Andromade/mercurialis atq; uenereus. Itẽ in Tauri. xviii. caput Algol/ naturã Saturni poſſidẽs/atq; Iouis. Cui ſubeſſe uolũt adamantẽ/& arremiſiã: & audaciam uictoriãq; ꝑeſtare. In eiuſdẽ gradu. xxii. Pleides/lunare ſiduſ/& martium. Cui ſubiciũt chryſtallũ: herbã diacedon: ſemẽ feniculi. Cõferre pu tant ad acuendũ uiſũ. Quod ãt nõ nulli dicũt conducere ad Dę monas cõuocãdos: fingmẽtũ eſſe iudico. Aldeboran primo uel tertio geminorũ gradu Martiũ/atq; Venereũ. Hircus gradu eorũ dẽ. xiii. Iouius atq; ſaturnius. Huic ſubiciũt Sapbyrũ/ praſſiũ/mẽ tã/arremiſiã/mandragorã. Ad dignitatẽ & pricipũ gratiã adiuua re cõfidũt: niſi forte eos opinio fallat. Illi ſubeſſe uolunt rubinũ/ ritrimallũ/matriſiluã. Diuitias & gloriã augere. In Cancri. vi. uel vii. Canis maior uenereus. Præeſt berillo/ſauinę/arremiſię/dracõ teę. Præſtat gratiã. Itẽ in. xvii. eiuſdẽ Canis minor Mercurialis & Martius. Cui ſubeſſe uolũt lapidẽ achatẽ/herbã ſolſequam/& pule

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

gium. Atq; gratiam elargiri. In Leonis. xxi. Cor leonis/ſtella regia iouialis & martia. Huic ſubici putant lapidē granatū: celidoniā: maſticē. Melancoliā reprimere. Tempatū gratioſūq; efficere.

In Virginis. xviiii. Cauda urſæ maioris Venerea & Lunaris. Lapidē eius magnetē putant. Herbā cicoreā & artemiſiam. A raptoribus ueneficiiſq; tueri. In libre. vii. Ala corui dextra. Itē in eiuſdē xii. & forte. xiii. Ala ſiniſtra/Saturnia ſimul/& Martia. Eius herbā lapaciū & iuſquiamū eſſe aiūt cū lingua ranę. Audaciā augere. Fore noxiā. In eiuſdē. xv. uel. xvi. Spica uenerea mercurialiſq;. Quā ſequat Smaragdus: ſaluia: trifoliū: promarulla: artemiſia: mādragora. Diuitias augeat/& uictoriā: & ab anguſtia uindicet. Deniq; i eiuſdē. xvii. uel. xviii. Alchameth. Huic ſubdūt hiaſpidē & plāta ginē. Firmare ſanguinē ſperant: febres oēs expellere. In ſcorpionis quarto. Elpheta Venerea Martiaq;. Secūdum uero computationem aliam in gradu eiuſdem quinto eſt cornea/forſan eadem. Præſidens topatio: rorimarino: trifolio: ederæ. Augere gratiam/caſtitatem/gloriam putant. In ſagittarii tertio. Cor ſcorpionis Martium atq; iouium. Præſidens Sardonio: ametiſto: ariſtologiæ longę: croco. Opinantur colorem bonum efficere. Animum lætū ſapientemq; reddere. Dęmonia propulſare. In Capricorni gradu ſeptimo Vultur cadens: hanc ſequitur Chryſolitus: Saturegia: Fumus terrę. Stella eſt Mercurialis/atque Venerea/tēperata. In aſcendente medioq; celo prodeſt. Quod autem excantandi auctoritatem afferre dicant nihilipendo. In aquarii. xvi. cauda capricorni Saturnia/ Mercurialiſq;. Quam ſequitur Calcidonius/ maiorana/nepita/artemiſia/mandragora. Præſtare in cauſis gratiam opinantur. Diuitias augere. Hominem ac domum icolumem reddere. In piſcium tertio humerus equi iouialis/ & martius. Thebithūs docet ad captandā alicuius ſtellæ modo dictæ uirtutē lapidē eius accipere/herbāq; eiuſdē: anulūq; aureū facere uel argēteū. In quo lapillū inſeraſ herba ſubiecta: geraſq; tāgentem. Id aūt efficiaſ quādo Luna ſubit ſtellā/ aut aſpicit aſpectu trino uel ſextili.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

Et ſtella in medio percurrit cęlo uel adſcendente. Ego uero quę ad eiuſmodi ſtellas attinent/in formam potius medicinę q̄ anuli componerem/intrinſecus uel extrinſecus adhibēdę oportunitate uidelicet prædicti temporis obſeruata. Tam & ſi priſci anulos magnifecerit. Nam Damis & Philoſtratus narrāt hiarcham ſapiētum Indorum principē ſimili quadam ratione ſeptem anulos cōfeciſſe/ſtellarum ſeptem nominibus appellatos: eoſq; Apollonio Theaneo dediſſe. Qui deinde ſingulos diebus ſingulis geſtauerit iuxta dierum nomina/hos diſtiguēs. Dixiſſe uero Hiarcham Apollonio auum ſuum phūm annos centū atq; triginta uixiſſe: eiuſmodi forſan cęleſti munere fretū. Quo & Apollonius deīde uſus centeſimo etiā anno/ut aiunt iuuenem pręferebat. Deniq; ſi quid eiuſmodi anuli uirtutis habent ex alto/id quidem nō tam ad animam uel ad craſſum corpus pertinere arbitror q̄ ad ſpūm: calefacto paulatim anulo/ſic inde uel ſic affectum: ut firmior efficiat/aut clarior/uehemētior/ aut mitior/ſeuerior/aut lętior. Quæ quidem affectiones in corpus quidem omnino: & i animam ſenſualem quodāmodo/ plerunq; indulgentem corpori tranſeunt. Quod autē aduerſum Dęmonas aut hoſtes/aut ad principū gratiam pfuturos anulos pollicent: uel fictū eſt: uel inde deductū: q ſpiritum interritum/firmumq; efficiant: uel etiam manſuetum/ obſequioq; amabilem/ atq; gratioſum. Iam uero ſiquid cęleſtia præter corpoream ualitudinem/ cōferre ad ingenium/ artem/ fortunam dicerem: ab Aquinate Thomma noſtro non diſſiderē: qui in libro contra gentiles tertio probat a corporibus cęleſtibus imprimi nō nihil i corpore noſtro: cuius munere diſponamur ad eligendum ſæpe quod melius eſt/ etiam ſi rationem finemq; neſciamuſ. Qua qdē i re bene fortunatos appellat: atq; cōſentiēte Ariſtotele bene natos. Addit ēt uirtute cæleſti fieri nō nullos i qbuſdā artiū effectibus efficaces (ut eius uerbis utar) ſicut miles in uincēdo: agricola i plantādo: medicus i ſanādo fęliceſ. Ait. n. Sicut herbę lapideſq; mirabileſ quaſdā ultra naturā elemēralē uireſ cęlitus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

habent/ ſic homines quoq; in artibus non nullos habere. Mihi uero ſatis fuerit factũ/ſi cęleſtia quomodocunq; uel quaſi per me dicinas/ſiue interiores/ſiue exteriores ad proſperam cõferant ualitudinem/dũmodo interea ſalutem corporis perquirentes iactu ram nullam ſalutis animæ faciamus. Nihil omnino tentemus a ſancta religione phibitum. Prętera in opere quouis conficiẽdo/ fructũ opis ab eo ſperemus atq; petamus iprimis: qui & cęleſtia/ & quę continentẽ cęlo/ fecit/ & uirtute donauit: mouetq; ſemper/ atq; conſeruat.

Dignitates planetarum in ſignis ad uſum medicinarum obſeruandæ. Cap. viiii.

Aturni domus/aquarius & capricornus. Exaltatio/libra. Iouis domus/ ſagittarius atque piſces. Exaltatio ſiue regnum cancer. Martis domicilium/ ſcorpius/& aries. Exaltatio capricornus. Solis ſedes quidem eſt leo. Regnum aries. Veneris habitaculum/taurus atque libra. Exaltatio piſces. Mercurii ędes/uirgo atq; gemini. Regnũ uirgo. Lunę domus/cãcer. Exaltatio taurus. Saturnus & Iupiter triplicitatem habent in igneis aereiſq; ſignis. Sol in igneis tantum. Mercurius in aeriis ſolum. Mars/ Venus/ Luna in aqueis atq; terreis. Planetæ quilibet præter Solem ac Lunam in quolibet ſigno fines quoſdam ſuos poſſidenr: quos & terminos appellamus. Igitur ĩ ariete iupiter ſex ibi primos terminos obtinet. Venus ſex inde ſequentes. Mercurius poſteriores octo. Mars quinq; deinceps/poſtremos quinq; Saturnus. In tauro ordine deinceps ſimili Venus fines habet octo. Mercurius ſex: iupiter octo: Saturnus quinq;: Mars deniq; tres. In geminis Mercurius ſex: Iupiter ſex: Venus quiq;: Mars ſeptẽ Saturnus ſex. In cãcro Mars ſeptem: Venus ſex: Mercurius totidẽ: Iupiter ſeptẽ: Saturnus quatuor. In leone Iupiter ſex: Venus quiq;: Saturnus ſeptẽ: Mercurius ſex: Mars totidem. In Virgine

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

Mercurius ſeptem: Venus decem: Iupiter quatuor: Mars ſeptem: ſaturnus duos. In libra Saturnus ſex: Mercurius octo: Iupiter ſeptē: Venus totidem: Mars duos. In ſcorpione Mars ſeptem: Venus quatuor: Mercurius octo: Iupiter quinq;: Saturnus ſex. In ſagittario Iupiter duodecī: Venus quīq;: Mercurius quatuor Saturnus quīq;: Mars quatuor. In capricorno Mercurius ſeptē: Iupiter ſeptem: Venus octo: Saturnus quatuor: Mars totidē. In aquario Mercurius ſeptem: Venus ſex: Iupiter ſeptē: Mars quīq;: Saturnus totidē. In piſcibus Venus duodecī: Iupiter quatuor: Mercurius tres: Mars nouem: Saturnus deniq; duos. Sol aūt & Luna alia ratione fines ſuos habēt. Nam ſol quidē ſigna ſex pro finibus habet/ Leonem/ Virginē/ Librā/ Scorpium/ Sagittariū/ Capricornum. Luna uero reliquos/ Aquariū/ Piſces/ Arietē/ Taurū/ Geminos/ Cancrum. Solē igitur atq; Lunā in his ſignis eum principatum effectūq;: quem reliqui planetæ i ſuis finibus habere putant. Præter fines habent in ſignis ſuas planetę facies: quas grę ci Decanos nomināt/ decem occupantes ſigni gradus. In ariete facies prima Martis: Secunda Solis: qui Martem ī cęlo ſequitur. Ordine Chaldeorum tertia Veneris: quę ſoli ſuccedit in cęlo. In Tauro prima facies Mercurii/ ſequentis Venerem: Secūda Lunæ quę Mercurio ſuccedit: Tertia Saturni. Ad hunc enī redeundum eſt/ impleto iam numero planetarum. In Geminis prima iouis ſequētis uidelicet Saturnum: Secunda Martis: Tertia ſolis eodē ordine ſimiliterq; deinceps.

Quomodo planetis uti debeamus in medicinis Cap. x.

Commemorauimus aūt quas in ſignis planetæ dignitates habent ut quotiens facturi compoſituriq; ſumus quæ ad planetā aliquem attinent/ ſciamus eum in ſuis dignitatibus collocare. Pręſertim quādo habuerit ī noſtra reductione & geneſi prīcipatū. ut etiam Saturnus atq; Mars/ alioquin deprimēdi nobis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

tamen ſint erigendi ſi genituræ noſtræ ſignificatores extiterint.

Maxime uero operę pretium ex hac cõmemoratione fecerimus ſi quãdo uſuri in medicinis cõficiendis beneficio Lunæ/ & Veneris/atq; Iouiſ/cauebimus ne ī finibus Saturni uel Martis exiſtãt: niſi forte ubi cogimur/uel per Saturnum cohibere diſſolutionem æſtumq; reprimere/uel p Martẽ frigidiſſima calefacere: torpẽtia ſuſcitare: alioqn fineſ Iouis & Veneris eligemuſ. Accipiemuſ quoq; Mercurii fines/Mercurialibus ĩprimis hominibus ꝓfuturĩ. Neq; latere nos debet homines ualde Mercuriales/quales ſunt/q ingenio/artificio/eloquio pollent: nõ mediocriter eſſe ſolares. Mercurius.n.ſemp eſt Apolline plenus. Vt aũt quiuis intelligat quõ figuras in cęlo deſcribamus in oras/Signũ quod ab oriente ſurgit primã appellamus utrãq; domũ. Quod ſuccedit in ortum/ſecundam tertiãq; deinceps aliaſq; ſimiliter: Ita ut ſeptima domus ſit ſignum/quod in occidente iam deſcendens opponitur aſcendenti. Huic octaua ſuccedit. Nona uero e medio cadit cęlo: quod decimam domũ efficit. Huic ſuccedit undecima. Sed duodecima cadit ab aſcendẽte. Vt igitur planetæ ſint potentes/ habẽdi ſunt in angulis uel orientis/ uel occidẽtis/ uel medii utrinq; cęli. Maxime uero in angulo aſcendentis/aut decimę/medium ſupra caput obtinentis cælum/aut ſaltẽ ī plagis quæ angulis mox ſuccedũt. Tam & ſi Solem quidem in nona/ quæ a medio cadit cælo: Lunã uero in tertia etiã cadente gaudere putant. Duas inter hęc regulas mente teneri Aſtrologi uolunt. Vnam quidem ægrotantis ratione: Alteram uero medici. Nẽpe ubi egrotãtis ſeptima domus per Saturnum uel Martem ifortunata eſt: uel dominus eius infęlix: ſepara medicum ab ægroto/ſi Prolemęo credis. Præterea medicum electurus Saturnium Martialmeq; declinare iubẽt: eumq; perquirere: ī cuius genitura domus ſexta per aſpectum ſolis/uel per Venerem aut Iouem quomodocunque fuerit fortunata. In fortunatum uero dicimus ſignum uel planetam ꝓ Saturnũ/ aut Martẽ: niſi ꝓpria domicilia ſint/uel regna: quãdo uidelicet uel ibi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

ſunt uel illuc aſpiciũt oppoſito/ uel quadrato. Oppoſitum uero aſpectum dicimus iter illa quę interuallo diſcrepãt q̃ longiſſimo. Quadratũ uero/ubi hoc ab illo quarta parte cęli. i. ſignorũ trium ſpatio diſtãt. Minus tamẽ p cõiũctionẽ oppoſitũ quadratũ Saturnus & Mars planetis aliis nocẽt: quando ranq̃ hoſpites eos domicilio uel regno ſuo termino ue ſuſcipiunt. Quẽadmodũ planetæ felices magis ꝓſunt/quãdo pręter ſextilẽ trinũ ue aſpectũ/atq; coniũctionẽ/ẽt ut diximus ſic excipiũt: Solis tamen coniũctionẽ planetæ uerenť: aſpectu gaudent/trino uidelicet uel ſextili. Proinde neceſſariũ eſt meminiſſe Arietẽ pręeſſe capiti atq; faciei: Taurum collo: Geminos brachiis atq; humeris: Cãcrum pectori/pulmonibus/ſtomacho/lacertis: Leonẽ cordi/& ſtomacho/atq; ieco ri/& dorſo/& coſtis poſterioribus: Virginem inteſtinis & fundo ſtomachi: Librã renibus & fęmori atq; natibus: Scorpionẽ genitalibus uuluæ/matrici: Sagittarium fęmori atq; ſubinguinibus: Capricornum genibus: Aquarium cruribus tibiiſq;: Piſces pedibus.

Huius.n. ordinis memor cauebis mẽbrũ tãgere ferro/ uel igne/ uel cucurbitulis/quãdo luna ſub eius ſigno diſcurrit. Tũc.n. auget luna humores i mẽbro. Quorũ affluẽtia & cõſolidationẽ ꝓhiber/& grauat mẽbri uirturẽ. Obſeruabis ãt tũc mẽbrũ remediis q buſdã amicis uel extra uel itus adhibitiſ oportune fęliciterq; fouere. Expedit uero noſſe quod ſignũ adſcẽderit tibi naſcẽti. Nã pręter arietẽ hoc ẽt tibi caput ſignificat: atq; i hoc luna tibi caput aſpicit. Præterea quãdo Luna arietẽ ſubit oportune balnea tenras & lauacra: Quãdo cãcrũ feliciter minue ſãguinẽ: Medicinã accipe præſerti electuarii formã: Quãdo eſt i leone ne ꝓuoca uomitũ: Cũ in libra/clyſteribus apta ẽ: In ſcorpione balnea nec tentes. Sunt qui medicinã ſoluturã dare nec ꝓhibent/neq; iubent. In capricorno medicinã ſũmere nocet. Similiter in aquario. In piſcibus uero ꝓdeſt. Quæ uero mẽbra in quouis ſigno unuſqſq; habeat planetarũ/& ſi ſcitu neceſſum/eſt tamen narratu prolixum. Neq; uero i purgatione alui latere nos debet Ptolemęi pręceptũ. Medi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

cinam accipe purgatoriã/quãdo Luna eſt in Cancro/piſcibus/ſcor pione probamus: præſertim ſi dominus ſigni tũc aſcendentis ap plicet ſe planetæ ſub terra currẽti. Sin aũt aſcendẽtis dominus cõ iũgaẽ interea ſupra caput cũ planeta mediũ renẽte cęlum: nauſea ſtatim & uomitus incitabiẽ. Deniq; cõcludamus cum Galieno aſtrologiã eſſe medico neceſſariã: qui de criticis diebus diſputãs ait/certã eſſe ægyptiorũ ſentẽtiã: ideſt Lunã ſignificare affectionẽ indies ægrotantis/atq; ſani/adeo ut ſi miſceanẽ cũ Luna radii Io uis & Veneris/bene afficiaẽ uterq;: Sin aũt Saturni uel Martis: cõ traria ratione ſe habeat. Sed latius iam peruagati ad ſpũm tandẽ & uitam atque gratias reuertamur.

Quibus modis ſpiritus noſter haurire plurimũ poteſt de ſpiritu uitaq; mundi. Et qui planetæ ſpũm procreant atq; recreãt: Et qua lia ad unũquẽq; planetã pertinent. Cap. xi.

h Vcuero tendunt hæc oĩa ut ſpũs noſter rite per naturalia præparatus atq; purgatus accipiat ab ipſo uitæ mũdanæ ſpiritu plurimũ per radios ſtellarũ oportune ſuſceptos. Vita qdẽ mundi oĩbus inſita ꝓpagaẽ euidẽter ĩ herbas & arbores: quaſi pi los ſui corporis atq; capillos. Tumet inſup i lapides & metalla/ uelut dẽtes & oſſa. Pululat quoq; ĩ uiuẽtes cõchas terrę & lapidi bus adhęrẽtes. Hęc.n. nõ tam ꝓpria q̃ ipſa cõmuni totius uita ui uunt. Que ſane cõmunis uita multo ẽt magis ſup terrã in corpo ribus uiget ſubtilioribus tanq̃ ꝓpinqoribus aĩę. Per cuius uigo rẽ intimũ/aqua/aer/ignis uiuẽtia ſua poſſidẽt: atq; mouenẽ. Vita hæc aerem ignemq; etiã magis q̃ terram/ & aquam fouet agitatq; perpetuo motu. Et deniq; cæleſtia corpora quaſi mũdi caput uel cor uel oculos q̃maxime uegetat. Vnde ꝑ ſtellas uelut oculos ra dios nõ uiſibiles ſolũ: ſed ẽt uiſuales uſquequaq; diffundit. Qui bus more ſtruti/ut diximus alibi inferiora conſpicit/ fouetq; ui dẽdo ĩmo ẽt ita rangẽdo generat & formato ĩfatiam/atq; mouet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

Igitur ad motum nitentis aquæ: ſereni quoq; aeris: igniſq; mode
rate diſtãris: atq; cęli: motũ mũdanæ uitæ ſuſcipies. Si ipſe quoq;
leniter/ & ferme ſimiliter mouearis: quoſdã p uitibus giros agẽs/
uertigine deuitata: cęleſtia luſtrãs oculis/ mente ueſãs. Itẽ fre
quenti quodã uſu plantarũ ſimiliterq; uiuentiũ/ pores e mũdi ſpi
ritu plurimũ haurire. Præſertim ſi adhuc uiuẽtibuſ recentibuſq; &
matri terrę quaſi adhuc hęrentibus nutriaris/ atq; fouearis. Inter
plãtas ſuauiter redolẽtes: uel ſaltẽ nõ male olentes ueſeris q̃ fre
quentiſſime. Omnes. n. herbæ flores arbores poma redolẽt: q̃uis
ſæpe minus aiaduerras. Quo qdem odore quaſi flatu ſpũq; uitæ
mũdanę re undiq; recreãt atq; uegetãt: ſpũm inq̃ ruum odoribus
eiuſmodi natura ſimillimũ: perq; ſpũm mediũ inter corpus & ani
mam/ facile corpus quoq; reficiũt/ & animæ mirifice p̃ſunt. Inter
hæc diutiſſime diurno tempore ſub diuo ueſaberis: quatenus
turo uel cõmode fieri poteſt/ i regionibus altis & ſerenis/ atq; tẽ
peratis. Sic eni Solis ſtellarũq; radii expeditius puriuſq; undiq;
te cõtingunt: Spũmq; ruũ complẽt mundi ſpũ per radios uberius
emicãte. Prętęrea naturalis ipſe motus aeris/ qui p̃petuus eſt in
orbem: q̃uis ob lenitatẽ ſuã/ cõſuetudinẽq; diuturnã uix p̃cipiaẽ
ab ullo/ te die ſub diuo deambulãrem/ habitantẽq; in patẽtibus
editiſq; locis libere lãbit/ penetratq; pure: Ac motũ uigorẽq; ſpũi
tuo mũdanũ mirifice præſtat. Dixi eqdem die. Comptũ. n. habe
mus nocturnũ aerẽ eſſe ſpiritibus inimicum. Conferet aũt diurni
uſus: preſerti ſi plurimũ in apto deãbulãs/ deuites primo qdẽ ni
miã aeris intempiem. Deinde frequentius mouearis/ in eo quan
do prętęr tẽperiem & ſerenitatem eius/ ſtellarũ poſitio magis eſt
hominibus ſalutaris. Item ſi loca eligas pręceteris odorifera: per
quę ſitũ quotidie mutes: & ipſe quaſi continue/ & leniter moua
ris. Mutare locũ q̃uis ſemp cũ delectu præcepi: quoniã bona cęle
ſtium & uniuerſę naturę apud nos ſunt rebus locíſq; aliis paſſim
atq; aliis diſtributa: quibus deniq; oĩbus eſt fruendum. Mitto q̃
uarietas tedium prohibet ſpiritibus inimicum! p̃priũq; Saturno

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

Voluptatem uero affert: ꝑ quam (ut ita dixerim) Venus ipſa uo
luptatis amica uenit in ſpiritū: Atq; quod eius officium eſt/ hunc
ſtatim ingreſſa ꝓpagat. Sūmatim uero ſiqs cōſideret paradyſum/
& pomi uitę uſum apud Moyſem. Itē ſimilē uictū a Platone poſi
tum i Phedone/ & quæ Plinius de populis ait odore uiuētibus/
intelliget eſſe uera quę dicimus. Sed ad naturam ſpūs deſcenda
mus. Spūs quidē qualitas eſt ꝓculdubio Iouia: Cuius tēpore no
bis infundit̄. Eſt & ſolaris. Iuppiter. n. hunc infundit/ quatenus
ingētem Solis in ſe tempat poteſtatē. Item alia quoq; ratione Io
uia eſt: quoniā calida eſt/ & humida/ & calore abundat potius q̄
humore: naſcit̄q; ſanguine: & uapor quidā ſanguineus appellat̄.
Rurſus quoniā feruet/ & ſubtilis eſt admodū/ atq; lucēs/ oriturq;
corde/ ſolaris ꝓculdubio iudicatur. Habet & quodāmodo Vene
ream i ſe uirtutē. Nā motu Venereo ꝓrſus exundat/ ꝓfluit/ tranſ
fertur/ prolēq; propagat: ad uoluptatem cuiuſlibet ſenſus ſe dila
tat/ refugitq; dolorem. Sūmatim uero ſpiritus quatenus corpori
ad uitā & motum ꝓpagationēq; cōducit/ Iouius/ Venereus/ Sola
ris exiſtimat̄. Quatenus aīo ad ſēſum imaginationēq; miniſtrat/
Solaris/ Mercurialiſq; cenſet̄: & ubiq; Mercurialis exiſtit. Quādo
qdē adeo mobilis eſt/ & rā facile conuertibilis atq; formabilis. Sa
turni/ Martis/ Lunæ ſanus cōiter ſpūs nō multū habet. Alioqn ex
illo ſępe ſtupidus/ ex hoc furioſus/ ex hac obtuſus quodāmodo
foret. Quā ob rē lunaria qdem uelut craſſiora ſimulq; humidio
ra a ſubtili & uolatili natura ſpiritus ſūt admodum aliena. Quæ
uero Saturnalia multum/ atq; nimium Martialia ſunt/ quaſi uene
na ſūt: ſpiritui naturaliter inimica. Illa qdem ob extremā frigidi
tatem/ atq; ſiccitatē: hęc autē ob ſiccitatē/ caloremq; edacem. Iouia
igit̄ & Solaris imprimis. Deinde Mercurialis & quodāmodo Ve
nerea: ſpūs natura cenſet̄. Diſtinctione uero præcipua ſpūs quidē
naturalis Ioui proprie dedicat̄: uitalis autē Soli: aīalis uero Mer
curio. Quādo igitur res poſtulat aliquem e tribus ſpiritum adiu
uare/ patrono tunc ſuo infortunato/ uel debili/ nō facile cliētulo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

ſuccurrere poteris. Difficillime uero ſpiritui animali: dum Mercu
rius infeliciter eſt affectus: Qui tantã in animali ſpũ auctoritatẽ
habet/ut caduceo quodã ſuo animos tum conſopire/tum ſuſcita
re dicat: ideſt ſuo quodã aſpectu ſic aut aliter ſe habẽte obtunde
re ingenium/ uel acuere: debilitare/ſiue corroborare: uexare/uel ſe
dare mirifice poſſit. Tu igit quotiẽs ſpiritũ aliquẽ ſtudes excole
re/nõ modo patronũ ſuum obſeruabis fortunatũ atq; potentem:
ſed etiam Lunã eliges ad hunc oportune directã. Non creat aũt
neq; recreat aliquãdo ꝓprie per influxũ Saturni ſolum ſubſtantia
ſpũs: ſed ſemp ab externis ad intima/& ſepe ab imis reuocat ad
ſumma. Vnde ad ſecretiora & altiora contemplanda cõducit. Po
teſt tamẽ & ſi raro uis Martis atq; Saturni ſpũi tanquã medicina
prodeſſe: uel calefaciẽdo cũ opus fuerit & excitando atq; dilatan
do: uel uiciſſim nimis uolatilẽ cohercẽdo. Per ea uero potiſſimũ
quæ quattuor illis planetis cõſentanea ſunt/creatur natura ſpũs/
atq; recreat. Verum ſi ad Solaria quælibet ualde/ & abſq; delectu
declines/exacues illũ/& exſiccabis tandẽ atq; diſſolues. Si ſimili
ter ad Venerea liquefacies paulatim/uel obtũdes. Si cõfidas tan
tum Mercurialibus parum admodũ inde ꝓficies. Erit igitur opę
pretium: Iouialibus uti q̃plurimũ: eiſq; reliqua mediocriter admi
ſcere: ac frequẽtius uti rebus/ quæ uel his oĩbus æque ſint cõmu
nes/uel ꝓprię Ioui. Nam hæ quoq; omnibus quodãmodo ſũt cõ
munes. Cõmuniter ãt ad hos oẽs attinet/quæ ſubſtantiã habẽt/
nec igneã nimis: nec prorſus terreã: nec ſimpliciter aqueã: nec acu
tiſſimã: nec obtuſiſſimam qualitatem: ſed mediocrem: & tactu le
nem: & quodãmodo mollẽ: uel ſaltẽ nõ duram: ſiue aſperam: itẽ
guſtu quodãmodo dulcẽ: olfactu ſuauẽ: uiſu gratam: auditu blã
dam/atq; iucũdam: cogitatu lætam. Dulcedo igitur quædã ſapo
ris/& gratia his oĩbus eſt cõmunis. Si dulcedo quaſi aquea eſt/&
ſimul pĩguis/ad Venerem magis attinet. Si quaſi inſipida/uel ali
quantũ auſtera/potius ad Mercurium. Atq; hęc ſpiritui non mul
tum proſunt: neceſſaria tamen ſunt interdũ/ ad hebetandũ nimiũ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

eius acumen. Si dulcedo manifesta sit/atq; subtilis/& paulum habeat stiptici acutiq; saporis/Iouialis proprie iudicat. Cui cõgruit substãtia dulcis amigdalę: pinei nuclei: auellanę: pistacii: amidi: glycirhizę: passularum: uitelli oui: camiũ gallinacei pulli: fasiana rum: pauonũ: perdicũ: similiumq;. Item radicum been/atq; enulę. Rursũ uini odoriferi/clari/aliq̃tum dulcis/& stiptici: sacchari candidissimi: tritici albissimi. Ad Iouẽ pertinet etiam mãna/si modo mirobalani infusa uirtute firmet. Alioqn nõ minus ad Venerem attinet q̃ ad Iouem. Hæc est utiq; substãtia dulcedoq; Iouis propria: quę sane spiritui creando & recreãdo ante oia confert. Iouia uero plurimum sũt omnia: quę in libro de lõga uita diximus/& seruare iuuentutẽ/& senibus salubria fore. Sin autẽ dulcedo ad modũ pauca sit/ multũq; acuti stipticiq; habeat/ uel etiã nõ nihil amari/solaris esse censet. Similis quædã ratio est/& distinctio de odoribus. Hi. n. saporum germani sũt. Similis etiã de coloribus. Colores sane aquei/albi/uirides/aliq̃tum crocei/similes uiolarũ/rosarum/liliorũ coloribus: necnõ odores eiusmodi Venerem referunt/& Lunã atq; Mercurium. Colores uero saphirii/q etiã dicuntur aerei. Item purpurei pleniores/aureiq; argento mixti/& perpetuo uirides/Iouẽ. Ardentes aũt crocei: aurei puri: purpurei clariores/Solem. Quilibet uero colores si uiui sint uel saltem sericii magis stellares existunt. In metallis quoq; & lapidibus atq; uitris propter cælestem similitudinẽ sunt potentes. Sed ut redeamus ad Iouem: sapor & odor eius quasi est/qualis in aureo pomo persico/similiq; piro/uel arãceo/& uino maluatico leuiore/leuiq; uernaceo. Qualis in uiridi zinzibere/uel cinnamomo/uel dulci maratro/uel doronico: si hæc plurimo sacchar o condita gustent. Nã quattuor hæc/& nux muscata recẽs sola si sũt/potius solaria sũt: solaris & chariophilus/& muscus sed odoratu nõ gustu nõ aspectu. Ambra solaris plurimũ atq; iouia. Crocus ĩ oĩbus ẽ solaris: tã etsi color eius/& odor apud astrologos oĩbus gratiis dedicat. Sapor aũt ad Solẽ proprie pertinet. Deniq; omnia odorifera & aro

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

matica:quatenus odorem gratum ferunt: ita ad Iouem Veneręq; & Mercurium pertinent/ut ad Solem. Quãuis inter hæc acutiora magis ad Solem/ obtusiora ad Venerem/ Mercuriũq; potius: Ad Iouem proprie tempata/ olfactu/gustu/ auditu/uisu/tactu. Soni ąnetiam cãtusq; grati blandiq; ad gratias omnes spectant/atque Mercurium. Minaces aũt admodũ atq; flebiles Martem præferũt & Saturnũ. Neq; uero miteris nos multũ coloribus/odoribus/ uocibus attribuere. Nam sapores ądem ad spũm præcipue pertinent naturalem:odores aũt potius ad uitalem/animalęq;. Colores figuræ uoces ad animalem. Motus quoq; animi uel lętus/uel moestus/uel constans spũm ad similitudinẽ suam agitat uehemẽter. Animalẽ primo:per hunc uitalẽ:per hũc insup naturalẽ. Spũs tandẽ omnis ąa ob naturã quodãmodo igneã/aeriãq; omnino/ & lucidam/atq; mobilẽ/similis est luminibus:ideoq; coloribus/ & uocibus aereis/& odoribus/moribusq; animi: ideo p hęc subito in utranq; partem mouetur/atq; formať. Et qualis euadit ipse/ talem uicissim efficit quodãmodo affectum animi/& omnino corporis qualitatẽ. Deniq; cum primũ per illa/quę gratiarũ propria sunt:oportune gratiis est expositus/utpote ą & naturaliter illis consentaneus erat/statim p illarum radios/tum ubiq; uigẽtes/tũ ipsi germanos:mitifica reportat munera gratiarum.

Res naturales atq; etiã artificioseę habẽt uirtutes a stellis occultas:p quas spũm nostrũ stellis eisdẽ exponũt. Cap. xii.

Cum uero dicimus spiritum exponi gratiis per illa quæ sunt gratiarum:nõ solum p qualitates:quæ uidentur/ audiuntur/ odorantur/gustantur:sed etiã per illas/ quæ tanguntur accõmodari putamus. Memẽto igiť calidũ in primo gradu Iouis esse. In secundo Solis cum ioue. In tertio Martis cum Sole. In quarto Martis. Frigidum in primo Veneris. In secundo Lunæ. In tertio Lunæ cum Saturno. In quarto Saturni. Humidum í primo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

Mercurii cum ioue. In ſecũdo Veneris cum Luna. In tertio Lunæ cũ Venere. In quarto Lunę/quando Veneri Mercurioq; cõiungit. Siccũ in primo iouis. In ſecũdo Mercurii cum Sole. In tertio Solis cũ Marte. In quarto Martis cũ Saturno. Sũmatim ex qualitatibus planetarũ/ quas Prolemęus deſcribit ĩ quadripartito colligimus harmoniã ex cũctis conflatã ad calorẽ humorẽq; declinare. Calor .n. Martis ingens atq; Solis: & tẽpatus iouis ingentẽ ſupat Saturni frigiditatẽ: & Veneris Lunæq; exiguã: ita ut calor ibi frigus excedat. Itẽ humiditas Lunæ Veneriſq; plurima & ꝑpinqua nobis atq; tẽpata iouis/ ſiccitatẽ Saturni Martiſq; multã ſupat/ & tẽpatã ſolis. Calor igit̃ humorq; frigori ſiccoq; dominanť: atq; ſimiliter calor humori. Quẽadmodũ in ſani corporis homine ad cæleſtem cõſonantiã tempato ex calore & ſiccitate cordis/ itẽ calore & humore iecoris/ rurſum frigore & humore cerebri coaleſcit cõplexio quędã ad calorẽ humoremq; uergens mediocriter calore regnãte. Calor enim cordis & iecoris frigus cerebri ſupat. Itẽ humor iecoris atq; cerebri ſiccitatem cordis excedit. Neq; uero prętermiſſum a nobis uelim/ talem exiſtere ex ſtellis fixis harmoniam cunctis cõmunẽ qualẽ diximus ex planetis. Hoſ. n. illis ſimiles aſtrologi putãt. Quorſum hæc? Vt memineris ſpũm corpuſq; noſtrũ ꝑ rem periem quandã ad calorẽ humorẽq; uergentẽ/ uel natura conſtantẽ uel arte quæſitã accomodari poſſe cæleſtibus: ſibiq; cæleſtia uẽdicare. Neq; tamen dicimus ſpũm noſtrum cæleſtibus dũtaxat per qualitates retum notas ſenſibus præparari. Sed etiã multoq; magis per proprietates quaſdã rebus cęlitus inſitas/ & ſenſibus noſtris occultas/ rationi uix deniq; notas. Nam cum ꝓprietates eiuſmodi/ earũq; effectus elemẽtali uirtute cõſtare nõ poſſint/ cõſequẽs ẽ/ a uita ſpũq; mũdi ꝑ ipſos ſtellarũ radios ſingulariter ꝓfici ſci: ideoq; ꝑ eas ſpũm affici q̃plurimũ atq; q̃primũ: cęleſtibuſq; in fluxibus uehemẽter exponi. Hac utiq; rõne ſmaragdus/ iacitus/ ſaphirus/ topatius/ rubinus/ unicorni cornu/ præcipue uero lapis bezaar/ apud Arabes appellatus: occultis gratiarũ ꝓprietatibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

prædita ſunt. Et idcirco non ſolū intus aſſūpta: ſed ēt ſi carnē tangant: ibiq; calefacta uirtutē ſuā promāt/uim inde cæleſtem ſpiritibus inferunt: Qua ſe cōtra peſtē tuent atq; uenena. Quod autem hæc ſimiliaq; tale aliqd agant uirtute cęleſti/id argumēto eſt/ qa etiā exiguo pōdere ſūpta non exiguū habent ī agēdo momentū. Quod elemētari qualitati uix unq̄ eſt conceſſū igni uidelicet ual de cæleſti. Materialis.n.uirtus ut agat multū: materiā deſiderat multā: Formalis aūt etiā cum minima materia ualet plurimū. Simili uirtute īprimis phębea peonia carnē tangens/contra caducū morbum ſpūs armat/uapore ad eos intus infuſo. Simili corallus & Calcidonius aduerſū attæ bilis illuſiones Iouis præcipue Veneriſ q; uirtute. Cęteraq; ſimiliter. Eiuſmodi quadā ꝓprietate mirobalani iuuentutē ſeruant/acuuntq; ſenſus/& ingenio ꝓſūt atq; memorię: ꝓp Iouē imprimis Saturni tēpatorē/atq; Mercurium ſenſus amicū. Quā quidē arborē forte aliqs in paradyſo ad uitā progandā extitiſſe putabit. Mercurio lapidē Achatē cōſecrāt. Vnde phyſici cōueniunt ad facundiā uiſūq; & contra uenena ualere. Serapio ſcribit/ eum q iacintū uel ex eo ſigillū geſtat/ eſſe a fulgure tutum: atq; hāc uirtutē eius eſſe latiſſime diuulgatam. Quā ſi habet/ab Ioue putamus habere. Lapis echites uel aqlinus habet a Lucina. i. Venere atq; Luna/ut admotus uuluæ partū mox/ & facillime citet. Quod Raſis confirmāte Serapione frequēter ſe dicit expertum. Forſan & a Phoebo q trāſfixit pythonem cretea dicta mus habet/ ut & uenenoſis obſiſtat: & ferrum e uulnere trahat. Solis uirtute zinziber infuſū epulis arcet ſincopim. Sentiana canis rabiē ſedat: fugatq; ſerpētes. Berbena uaticiniū/præſtare ferē/ leritiāq;/& expiationes: & uiſum. Ruta & cedoaria cōtra uenena theriacā agūt. Thus uitalē & aīalē ſpūm aduerſus hebetudinem/ obliuionē/timorē fulcit. Saluia uero mētaq; uirtute Iouis/illa q dem paraliſim fugat: hęc uel odore roborat animū. Eadē uirtute Pentaphillō reſiſtit uenenis: eiuſq; foliū bis quotidie unū uino bibitū curat ephimerā: tria tertianā: quattuor uero quartanā: hac

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

herba ſacerdotes antiqui propter puritatem ſuam ī purificationī bus utebantur. Agnus caſtus poteſtate Saturni Venereum ſiſtit motū. Hiaſpiſ uero ſanguinem. Mirabiles ār ꝓuenire ſolent effectus/ubi occultæ ꝓprietati proprietas ſeruit elemētalis/uelut ī mirobalano ad ſpūm corpuſq; firmandū: nō ſolū uirtus illa cæleſtis agit/ſed etiā ſtiptica multū: nec parum aromatica uirtus: quæ putrefactionē diſſolutionemq; mirifice ꝓhibet/ ſpiritumq; corroborat. Iam uero ut crocus petat cor/ ſpiritum dilatet/prouocet riſū: non ſolū occulta Solis uirtus mirabiliter efficit: ſed ad idē quoq; conducit ipſa natura croci ſubtilis/amplificabilis/aromatica/lucīda. Quod autē de ſimplicibus dico/ de cōpoſitis ſimiliter dictū intelligi uolo. Dic age Theriaca quomodo contra uenenum nobis opituletur. Non educit illa uenenum. Aſtringit enim aluum: nō mutat omnino tā ſubito ueneni naturā. Nō enī hæc adeo debilis eſt/atq; mutabilis: Sed ſpiritū uitalem potius ualde tenuē/ & mutabilem/ſubito conformi quada ad ipſum proportione cōroborat uſqueadeo/ ut ipſe iam ualidus tanq̄ agēs/una cum theriaca uelut inſtrumento: partim ſuperet uenenum: partim mutet: partim a p̄cordiis arceat. Sed qua nam proportione ſiue uirtute id efficit theriaca? Iouiali ſimul atq; phoebea: quā ex cōmixtione multarū rerum ſecūdum certam proportionē inuicem confuſarum ſibi uendicauiſſe uidetur. Eſt autē in ea uirtus triplex. Hæc ipſa inquā cæleſtis: quam modo dicebam. Item c̄eleſtis alia prius in herbis aromatiſq; proprietas: quibus electis ipſa rite componitur/quæ uirtuti prius dictæ ſubminiſtrat ad idem. Eſt iſuper alia uirtus in pleriſq; partibus eius/elemētalis potius/ q̄ cæleſtis. Verūtamen talis: ut ſpiritui muniendo conducat. Stipticam dico & aromaticam qualitatem. Illa quidem ſpiritum firmat. Iſta fouet. Mirabilem ergo theriaca uim nacta eſt contra properantem ſenectutem atq; uenenum: tribus uidelicet ī ea uirtutibus ad idem pariter cōſpirātibus. Quarum una quidem eſt cæleſtis per artificioſam acq̄ſita cōmixtionem. Alia c̄eleſtis iterum: ſed partibus eius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

naturaliter insita. Alia prorsus elemẽtalis. Sed illa quam prius di xi/cælitus acquisita/multo etiam foret admirabilior: si nõ solum proportione Iouia Solarique/ & ex rebus eiusmodi conflaretur: sed etiam oportunum ad hoc obseruatione cęlestium tempus eligeretur. Nam quẽadmodum corpus se habet ad locum/ atq; tempus/ ita motus & actio se habet ad tẽpus. Sicut ergo certa passim corpora eorumq; formæ certis & locis/ & temporibus coalescũt/ atque seruantur: sic & proprie quædam actiones ex propriis quibusdam temporibus efficaciam nanciscuntur: Idq; in Alcibiade significat Socrates: & Proculus explicat. Quod sane Pythagoras animaduertẽs/ ipsum bonum perfectionemq; rerum/ oportunitatem cognominauit. Primum nãq; principium Sic apud Pythagoram & Platonem omnium est mensura/ ut aliis corporibus actionibusq; alia loca distribuerit atque tempora. Vnde sicut res quædam non alibi q̃ hic/nec alias q̃ tunc proprie nascuntur fęliciter/ & coalescunt/atq; seruãtur: sic & materialis actio/motus/ euẽtus talis/ aut talis/non alias efficaciam sortitur/ effectumq; perfectũ/ q̃ quando cælestium harmonia ad idem undique consonat: quæ sane harmonia tantam habere potestatẽ existimatur/ut non solũ agricolarũ laboribus/atque medicorum artificiis per herbas aromataque conflatis: sed etiam imaginibus: quæ apud astrologos ex metallis lapidibusque fiunt/uirtutem sæpe mirificam largiaẽ.

Sed imagines caput iam proprium exigunt. Quantum uero ad horas pro actionibus & operibus eligẽdas pertinet/plurimũ confirmatur a Prolemęo/ubi ait in centiloquio/qui eligit quod melius ẽ/nihilo differre uidetur ab eo/ qui habet hoc ex natura. Quibus in uerbis tum cęlestium/tum arbitrii electionisq; nostræ potestatem confirmare uidetur. Albertus quoque Magnus inquit in speculo: Non enim libertas arbitrii ex electione horę laudabilis cohercetur: Sed potius in magnarum rerum inceptionibus electionem horæ contemnere: est arbitrii præcipitatio non libertas.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

De uirtute imaginum ſecundum antiquos/ atq; medicinarum cę
litus acquiſita. Cap. xiii.

Ptolemęus ait in cētiloquio/rerum inferiorum effigies uultibus cæleſtibus eſſe ſubiectas. Antiquoſq; ſapiētes ſolitos certas tūc imagines fabricare/quādo planetę ſimiles in cę lo facies/ quaſi exēplaria iferiorū ingrediebanť. Quod qdē Haly cōprobat ibi dicens: Vtilem ſerpētis imaginē effici poſſe: quando Luna ſerpentē cæleſtē ſubit/aut fęliciter aſpicit. Similiter ſcorpio nis effigiē efficacē: quādo ſcorpii ſignū luna igrediť: ac ſignū hoc tenet angulū ex quattuor unū. Quod in ægypto ſuis tēporibus factum ait: ſeq; interfuiſſe: Vbi ex ſigillo ſcorpionis in lapide Be zahar/ita facto/ipſi mebať thuri figura: dabať q; in potū ei/quem ſcorpius ipſe pupugerat: ac ſubito curabať. Quod quidē utiliter effici Habamed phyſicus affirmat/cōfirmāte Serapione. Prætera narrat Haly/ notum illic ſibi uirū ſapiētem induſtria ſimili feciſſe imagines quę mouerenť: qualē effectā neſcio qūo legimus ab Ar chita. Quales & Triſmegiſtus ait: ægyptios ex certis mūdi mate riis facere cōſueuiſſe: & in eas oportune aīas Dęmonū inſerere ſo litos: atq; aīam aui ſui Mercurii: itē Phębi cuiuſdā/ & Iſidis/Oſy ridiſq; ſic in ſtatuas deſcendiſſe profuturas hominibus: uel etiā nocituras. Huic illud ſimile. Prometheū figmento quodam lu teo/uitā rapuiſſe/lucemq; cęleſtem. Magi quinetiā Zoroaſtris ſec tatores/ad euocandum ab ecate ſpiritum utebātur aurea quadā pila caracteribus inſignita cæleſtiū: Cui & ſaphyrus erat inſertus & ſcutica quadam facta tauri corio uertebatur: atq; interim excā tabant: Sed cantiones equidem libenter obmitto. Nā & Pſellus Platonicus eas īprobat/atq; deridet. Hebrei quoq; in ęgypto nu triti ſtruere uitulū aureū didicerūt: ut eorundē aſtrologi putāt ad aucupandū Veneris Lunęq; fauorē cōtra Scorpionis atq; Martis īfluxū iudeis infeſtū. Porphyrius quoq; ī epiſtola ad Anebonē/ imagines efficaces eſſe teſtať: additq; certis q̄buſdam uaporibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

qui a propriis ſuffumigationibus exhalãbant aerios Dęmonas
inſinuari ſtatim cõſueuiſſe. Iãblichus in materiis quæ naturaliter
ſupis cõſentaneę ſint & oportune riteq; collectæ undiq; cõflateq;
fuerint uires effectuſq; non ſolũ cæleſtes: ſed ẽt Dęmonicos/& di
uinos ſuſcipi poſſe cõfirmat. Idẽ omnino Proculus/atq; Sineſius
Opa quidẽ ad ſalutẽ mira/ quæ a medicis ĩ aſtrologia piris/p res
ex multis cõpoſitas. i. pulueres/liquores/ unguẽta/ electuaria fie
ri poſſũt: probabiliorẽ in ſe rõnem & notiorẽ q̃ imagines habere
uidenť. Tũ qa pulueres/liquores/unguẽta/ electuaria oportune
cõfecta cæleſtes ifluxus facilius citiuſq; ſuſcipiunt q̃ materiæ du
riores: ex qbus imagines fieri cõſueuerunt: tum qa uel aſſũmunť
itus affecta iã cælitus: & ĩ noſ cõuertunť uel ſaltẽ admota foris in
hęrent magis/& deniq; penetrãt: tum etiam quoniã ex uno quo
dam dũtaxat/aut ppaucis imagines cõſtruunť. Illa uero ex q̃plu
rimis cõflari pro arbitrio poſſunt. Vt ſi cẽtũ Solis Iouis ue dores
per centũ plantas & aĩalia ſimiliaq; ſparſę fuerint cõponere ſimul
hęc centũ tibi cõpta poſſis/& in unã conficere formã. In qua Solẽ
ferme Iouẽq; totũ iam uidearis habere. Scis ꝑfecto naturam infe
riorẽ/nõ poſſe uno quodã capere cũctas ſuperioris naturę uires.
Ideoq; illas ꝑplures apud nos naturas eſſe diſpſas. Cõmodiuſq;,
per opa medicorũ/atq; ſimilia/q̃ ꝑ imagines colligi poſſe. Proide
imagines exligno cõfectæ uim forte paruã habent. Nã lignum &
forſan durius ẽ ad cęleſtẽ influxũ facile capiẽdũ: & minus tenax/
ſi accepit/retinendũ: & omnino poſtq̃ ex matris terræ uiſceribus
eſt euulſũ: paulo poſt ferme totũ amittit mũdanæ uitæ uigorẽ: &
facile ĩ qualitatẽ aliã trãſmutať. Lapilli uero atq; metalla/ & ſi ad
accip'ẽdum cæleſte munus duriora uidenť/diutius tamẽ retinẽt/
quod cõfirmat Iamblichus/ſi accepint. Sua nẽpe duritia ueſtigia
quoq; donaq; uitę mũdanę poſt euulſionẽ diutiſſime cõtinẽt quę
quõdã hærẽtia terræ poſſederãt. Quãobrẽ ob hoc ſaltẽ aptę mate
rię ad capiẽda tenẽdaq; celeſtia iudicãť. Eſt & ꝑbabile quod libro
ſupiore dixi/res adeo ſpecioſas nõ poſſe ſub terra cõflari/niſi ma

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

ximo quodã conatu cęli: atq; durare í eis ípreſſã ſemel ex conatu uirtutẽ. Nã in his coquẽdis cogẽdiſq; diutiſſime cęlũ elaborauit. Verũ cũ nequeas facile eiuſmodi plura cõponere: cogeris diligenter exqrere: quod metallũ inter cętera in ordine ſit alicuius ſtellę potiſſimũ: q ue lapis í ordine ſũmus/ut ſaltẽ í uno quodã totius generis ordiniſq; ſuppremo reliqua ꝑ uiribus cõprehendas: atq; eiuſmodi ſuſceptaculo cęleſtia huic conſentanea mutueris/ceu ſi exẽpli cauſa í ordine ſolari/ ſub hõie phębeo ſũmũ inter aialia reneat aſtur/aut galluſ. Inter plãtas balſamũ aut lauruſ. Inter metalla aurũ. Inter lapideſ carbũculus uel pãtaura. Inter elementa feruidus aer. Nã ignis ipſe martius eſſe cẽſeẽ. Quod ãt diximus iſluxũ Solis uel Iouis aut Veneris augẽdũ/intelligimus rõne cõmuni: nõ tamẽ illi í cuius geneſi aliqs horũ interfector appareat.

Ordines rerũ a ſtellis pendẽtium ut Solarium atq; ſimiliũ: & qũo ſpũs fiat Solaris Cap xiiii.

dIxi eqdem alibi deſup ab unaquaq; ſtella(ut platonice loquar) ſeriẽ rerũ illi ꝑpriã uſq; ad extrema pẽdere. Sub ipſo Scorpionis corde poſt eiuſmodi Dęmonas atq; hoies: ſcorpiũq; aial collocare poſſumus ẽt herbã Aſterion. i. ſtellarẽ figura ſtellę ſimilẽ nocte fulgẽtẽ: quã medici tradũt qualitatẽ habere roſæ/ uiq; cõtra morbos genitaliũ mirabilẽ poſſidere. Sub ſerpẽte uel ſerpẽtario cęleſti Saturnũ ponũt/& quodãmodo Iouem. Poſtea dęmonas: qui ſæpe ſerpentum formas íduunt. Similes íſuper homines ſerpentes animantes: ſerpẽtariam herbam: lapidem draconitem/ capite draconis natum. Item cõmuni nomine ſerpẽtinum. Et præter ea quæ in ſequẽtibus afferam. Sub ſtella ſolari. i. Sirio ſolem primo: deíde Dęmonas quoq; phębeos: quos aliquãdo ſub leonũ uel gallorũ forma hõibus occurriſſe reſtis eſt Proculus. Hoies ſubinde perſimiles beſtiaſq; ſolares. Phębeas inde plãtas/metalla ſimiliter/& lapillos/& uaporem aerẽq; feruentẽ. Simili ratione a qualibet firmamẽti ſtella ꝑ aliquẽ planetã exiſtimant contextũ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

rerum gradatim ſub illius ꝑprietate deſcẽdere. Si igiť ut dicebã ſolaria oía per gradũ eius ordinis quẽlibet oportune cõprehẽde ris: homines uidelicet tales/uel talis hominis aliqd. Item bruta/ plantas/metalla/lapillos/& quę ad hæc attinẽt/uirturẽ Solis uſq; quaq; cõbibes: & quodãmodo naturalẽ ſolarũ Dęmonũ facultatem. Similiterq; de aliis dictũ puta. Solares qdẽ homines ſunt/ quales antea dixi: & q aſcendẽre leone ſoleq; hũc uel tenente uel aſpiciẽte naſcunť: & qui ſub ariete ſimiliter. Solaris eſt & ſanguis e ſiniſtro eorũ beneualentiũ bracchio miſſus. Phębeus crocodilus/aſtur/leo/gallus/& cignus/& coruus. Nec alia ratione leo uetetur gallũ: niſi quoniam in ordine phębeo gallus eſt leone ſuperior. Eadẽ ratione inquit Proculus Apollineũ Dęmonẽ/qui non nunq̃ apparuit ſub figura leonis/ ſtati obiecto gallo diſparuiſſe. Maxime uero i his aialibus cor eſt ſolare. Arbitror etiã marinum uitulum cæleſtis leonis cordi ſubeſſe: & hac ipſa ratione/ quem cingit nudum fibula eiuſdem oſſe confecta/a renum dolore redimere. Nã contra dolorẽ eiuſmodi ſolẽt aſtrologi ſyderis illius influxibus uti. Eadẽ forte rõne ferť hæc pellis a fulgure nos tueri. Inter plantas palma phębea eſt: & iprimis laurus/ qua uirtute uenenoſa repellit/ & fulgur. Fraxinus quoq; ſimili facultate uenenoſa lõgius arcet. Loton eſſe phębeã rotunda tũ folia/tũ poma reſtanť/& explicatio foliorũ eius die/replicatio nocte. Peoniã phębeã eſſe nõ ſolũ uirtus indicat: ſed & nomẽ. Ad idẽ attinẽt flores & herbæ quæ reſtringunť abeũte ſole: redeũte ꝑinus explicanť: & ad ſolẽ continue uergũt. Aurũ prærerea: & lapis elitis radiis aureis ſolẽ imitãs. Lapis itẽ/q ſolis oculus appellať/ figurã habẽs pupillæ/ex qua lumẽ emicat. Rurſũ carbũculus nocte rutilãs/uel pãraura oẽs i ſe lapidũ uires cõtinẽs/ut aurũ metallorũ/ & ſol ſtellarũ. Multa deniq; in ſupioribus nobis ſignificata. Vnde ſi mõ liceat/ſub ipio ſolis ex illo ſãguine/ & aialiũ illorũ cordibus/& foliis fructibuſq; arborũ prędictarũ. Itẽ floribus atq; herbis/ & auri foliiſ/necnõ pulueribus lapillorũ/electuariũ uel unguẽrũ cõficere

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

poteris:addito croco:balſamo:calamo aromatico:thure:muſco:
ambra:ligno aloes:zinzibere:maſtice: ſpica nardi:cinnamomo:
doronico:citri cortice:zedoaria:nuce muſcata:mace:chariophilſ
cum melle flauo:uel oleo balſamino:maſticeo:laurino:nardino:
Ad cor/& ſtomachū/& caput/intus aut extra fouendum:ut ſpūs
inde ſolaris euadat. Ex his oibus inq̄ aut ſaltē ex pluribus cō
ponēdum dominante ſole aliqd. Quo etiā ſub eiuſdē dominatu
incipias uti:dūmodo & ſolaria iduas:habites:cōſpiciaſ:audias:
obfacias:imagineris:cogites:cupias. Item imiteris & uita digni
tatem & munera ſolis. Inter ſolares homines plantaſq; uerſeris /
laurumq; aſſidue rangas. Tutius aūt ad ualitudinē fuerit:ſola
ribuſ admiſcere iouialia ſimul atq; Venerea. Venereā maxīe humī
ditatem ſolaris caloris moderatricē: qualis eſt aqua ſuccuſq; roſa
rum/atq; uiolarū. Sed medicinas eiuſmodi in libro de curandis
litteratis primū:deinde in libro de uita longa/partim eq̄dē cōpo
ſui:partim ab aliis cōpoſitas enarraui:partim etiā tempaui. Item
quales herbæ a ſole Iouecq; miras cōtra epidimiā/ & uenenū uires
habeāt/ diximus in libro contra peſtē:inter quas Perforata fuga
dęmon appellata ē. Nec alia facultate q̄ cæleſtiū gratiarū noxios
malorum Dęmonum uapores a nobis arcere putaē. Et ſiqua iter
herbas alia/ uel lapillus/ ut corallus idē uideatur efficere. Herba
p̄fecto Lunaris a Mercurio tradita foliis ceruleis atq; rotūdis/cre
ſcente luna unū quotidie p̄ducēs folium:decreſcēte deponēs/an
nos utenti promittit lunares. Sed iā ad imagines altero quodam
exordio redeamus.

De uirtute imaginū ſecūdū antiquos atq; medicinarū:& qūo me
dicinæ ſint longe ualidiores q̄ imagines. Cap. xv.

ſ I lapillos quos paulo antè plebeos narrauimus/nactus
fueris/ nihil opus erit/imagines eis īprimere. Suſpēdes
itaq; collo cōprehēſos auro crocei ſerici filis: quādo Sol ſub arie

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

re uel leone percurrit: aſcenditq; uel mediũ tenet cælum: aſpicitq; Lunã. Multo uero potentiores ĩ ſerie Lunæ lapillos narrat Proculus. Primum q̃dem Selinitim. Qui non modo figura Lunam imitetur: ſed & motu: circũeatq; cum Luna. Hunc ſi forte reppereris/& argento circũdatum/argenteo filo collo ſuſpenderis/Luna cancrum/ uel taurum ſubeunte/ anguloſq; tenente ſibi cõuenientes/ſpũm inde tuum reddes/poſtremo lunarẽ. Dum uidelicet calefactus abſte lapillus ipſe lunaris uirtutẽ ſuam tuis aſſidue ſpiritibus inſerit. Alterũ uero recẽſet lapillũ helioſelinon cognomẽto. Qui ſolis lunęq; coniũctę ſoli/naturaliter habet imaginẽ. Hũc ergo quiſq; argento incluſũ deaurato ſimilibus collo filis admoueritquãdo Luna in domicilio ſuo uel ſolis/ in eodẽ minuto cũ ſole congreditur/ſuoſq; teneat angulos/ſolarem ſimul/atq; lunarem ſpiritum reportabit/aut ſaltem talem/ qualis euadit Luna p cẽtrum copulata ſoli. Hic uero tu uides diſperſas phoebi dores: uelut Oſyridis mẽbra: ſororem eius Phębem uelut Iſydẽ cõgregare. Sed utinam ſolarẽ alicubi lapidẽ facile reperiremus/uel lunarem: adeo ĩ eorũ ordine præpotẽtem: quẽadmodũ ſub ſerie ſeptẽtrionalis poli magnetẽ habemus/& ferrũ. Solarẽ profecto ferunt inueniſſe apud indos Apollonium theaneũ lapidẽ ſcilicet nomine Pantauram/ignis inſtar micantẽ: ſub terra paſſus quattuor naſcentem: cui tãtum ſpiritus inſit: ut tumeat/& plerunq; ſcindatur terra/ubi eiuſmodi lapis concipitur. Ita cęteros ad ſe lapillos trahens/ſicut magnes ferrum. Sed lapiſ hic Herculeus ad ſe contemplandum uehementius adhuc/nos ĩpræſentia rapit. Videmus in ſpecula nautarũ indice poli/libratum acum affectum in extremita te magnete/moueri ad urſã/illuc uidelicet trahẽte magnete. Quoniam & in lapide hoc prævalet uirtus urſæ: Et hinc tranſferrur in ferrum: & ad urſam trahit utrunq;. Virtus aũt eiuſmodi tũ ab initio infuſa eſt/tum cõtinue urſæ radiis uegetaẽ. Forſitan ita ſe haber ſuccinum ad polum alterũ/& ad paleas. Sed dic interea. Cur magnes trahat ubiq; ferrum/non quia ſimile. Alioquin & magne

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

tem magnes traheret multo magis: ferrumq; ferrum. Non quia ſuperior in ordine corporum: imo ſuperius eſt lapillo metallum. Quid ergo? Ambo quidē ordine urſam ſequēte clauduntur. Sed ſuperiorē in ipſa urſæ ꝓprietate gradum tenet magnes: inferiorē uero ferrum. Supius aūt in eodē rerū cōtextu trahit qdem quod eſt inferius, & ad ſe cōuertit: uel aliter quomodolibet agitat, aut afficit uirtute prius infuſa. Inferius uiciſſim eadē ad ſupius infuſione cōuertit̄, uel aliter agitat̄, uel prorſus afficit̄. Sic in ſerie Solis inferior homo admirat̄ ſupiorem. In ordine Iouio ueneratur. In Martio timet. In Venereo inferior ad ſuperiorem rapit̄ amoris ardore, deſeritq; ſeipſum. In Mercuriali ſemp hic diſcit, uel ꝓſuadetur ab illo. In Lunari motū hic ab illo ſæpius exhordit̄. In Saturnali quietē. Ego aūt cū hęc explorata hactenus habuiſſem, admodū gratulabar, cogitabāq; iuuenis adhuc magneti pro uiribus ſculpere cęleſtis urſæ figurā, quando Luna melius illuc aſpiciat: & ferreo tunc filo collo ſuſpēdere. Sperabā eqdem ita demū uirtutis meſyderis illius cōporem fore. Sed cum diutius explorāſſem: inueni tandem ſyderis illius influxus Saturnales eſſe plurimum, atq; Martiales. Accepi a Platonicis malos Dęmonas plurimū ſeptētrionales exiſtere. Quod etiā hebreorū aſtronomi cōfirmāt̄ noxios Martioſq; Dęmonas in ſeptēttrione ponēres. Propitios aūt & Iouios ī meridie. Didici a Theologis & ab Zamblico imaginum fictores a Dęmonibus malis occupari ſępius: atq; falli. Vidi eqdem lapillum Florētiā aduectū ex india, ibi e capite draconis erutum, rotundū ad nūmi figurā, punctis ordine q̄plurimis quaſi ſtellis naturaliter inſignitū: q aceto ꝓfuſus mouebat̄ parūp ī rectū: imo obliquū: mox ferebat̄ in girū, donec exhalaret uapor aceti. Exiſtimaui eqdē lapillū eiuſmodi cæleſtis draconis habere naturā, atq; quaſi figurā: motū quoq; illius accipe, quatenus ꝓ aceti ſeu uini ualētioris ſpūm, draconi illi ſiue firmamēto familiarior redderet̄. Hunc igit̄ q geſtaret & aceto ſæpe ꝓfūderet, uim aliquā forte draconis illius acciper, q geminis amfractibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

Hinc quidem utſam maiorem implicat/inde minorem. Extat & prope ſcorpionem ſerpentarius quaſi homo ſerpente cinctus: manu dextra caput ſerpẽtis tenens: ſiniſtra caudã: genibus quaſi flexis: capite paulũ reſupino. Legi eqdem magos perſarũ regi cõſuluiſſe: ut imaginẽ hãc lapidi imprimeret emathiti: quẽ aureo clauderet anulo: ita tamen/ ut inter lapillum atq; aurũ ſerpẽtarię radicem inſereret. Hoc.n. anulo geſtãtem cõtra uenenum morboſq; uenenoſos tutum fore. Videlicet ſi Luna Serpentarium aſpiciẽte feceris. Hanc imaginem Petrus Aponenſis cõfirmauit. Ego uero ſi hanc anulus ille uim habet/arbitror nõ tam p figurã /q̃ per materias eiuſmodi: & hoc pacto tẽporeq; cõpoſitas/ ſibi cęlitus uẽdicare. Memento lapillos naſcẽtes i aialibus nec inde lãguentibus ut in dracone: gallo: irundine: cęteriſq; efficaces exiſtere ferme/ ut lapilli in terra naſcẽtes: atq; ad eaſdem referri ſtellas: ad quas hæc aialia ptinẽt. Hinc Alectorius ex uentriculo galli uereris tractuſ poller poteſtate ſolari: p quã Diaſcorides ait ſæpe cõpertum eſſe/ eum pugnare inuictum: qui lapillũ hũc ore geſtaret. Idem ait: Celidonium erutum ex irundine ruffum/ curare melãcolicũ /& amabilem/ idoneumq; reddere. Quod quidem habet ex Ioue: Per ea quæ diximus. s. Res ubiq; infra Lunã ſtellares exiſtere. Cõfirmatur dictum illud ualde Platonicum: hãc mundi machinã ita ſecũ eſſe cõnexã/ ut & in terris cęleſtia ſint cõditione terrena: & in cęlo uiciſſim terreſtria dignitate cæleſti: & in occulta mundi uita/ mentreq; regina mundi cęleſtia inſint: uitali tamen itellectualiq; ꝓprietate ſimul/ & excellentia. Per hæc inſup confirmãt nõ nulli etiã illud magicum: p inferiora uidelicet ſupioribus cõſentanea poſſe ad hõies tẽporibus oportuniſ cæleſtia quodãmodo trahi: atq; ẽt p cęleſtia ſup cæleſtia nobis cõciliari: uel forſan prorſus inſinuari. Sed poſtremum hoc illi uiderint. Verum illud arte quadã rite & oportune in unum plurima colligente fieri poſſe probabile ſatis (ut diximus) eſſe uidetur: tum rationibus quas i ſuperioribus aſſignauimus: tum quia eiuſmodi multa/ quãdo apud medicum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

& Aſtrologum colliguntur/contunduntur/commiſcentur/conco quunt̃ ſub ſydere certo/dū ipſa per ſe ratione cōcoctionis atq; fer menti/nouā paulatim formam ſubeunt: hāc ipſam acq̄runt certo quodam fomento cæleſti/radiis tūc intus agentibus: ideoq; cæle ſtem. Metallū uero uel lapillus quādo momēto ſculpiť/nō uide tur nouā accipere qualitatē: ſed figurā: Neq; motio illa p debitoſ digeſtionis gradus/quos alteratio naturalis/atque generatio ſo let obſeruare/progrediť. Cum uero natura cęleſtis tanq̄ iferioris naturæ regula ſoleat tenore quodā progredi naturali/ & ita p̄gre dientibus adſpirare: merito diffidunt pleriq;: imagines eiuſmodi cæleſtem aliquā uirtutē habere. Ego quoq; ambigo ſępius: ac niſi & omnis antiqtas/& omnes aſtrologi uim mirabilem habere pu tarent: habere negarem. Negarem eq̄dem nō omnino. Opinor. n. niſi qs aliter p̄ſuaſerit/ad proſperā ualitudinem ſaltem aliquā ha bere uirtutem/electæ preſertim ratione materiæ. Tāetſi multo ma iorem ineſſe pharmacis arbitror: & unguētis ſydereo fauore cōfla tis. Quid uero uoluerim/ubi modo dicebam electę ratione mate riæ/in ſequētibus declarabo. Quæ uero ex magorum uel aſtrolo gorum opinione ad Plotinū interpretādum pro imaginibus alle gari poſſūt/ deiceps breuiter afferā: ſi te prius hic admonuero: ne putes probare me uſum imaginū: ſed narrare. Ego. n. medicinis ad cælum temperatis/nō imaginibus utor. Atq; ita cęteris quoti die cōſulo. Tu uero ſi cōcedis Deum rebus infra Lunā mirabiles inſeruiſſe uirtutes/mirabiliores cōcede cęleſtibus. Præterea ſi lice re iudicas homini ad proſperā ualitudinem iferioribus uti: iudi ca ſupioribus quoq; licere. Atq; inferiora ad ſupiorum normā: ſic medicorū artificio tēperare: ſicut etiā a Deo ſunt ab initio tēpata.

De poteſtate cæli. De uiribus radiorum/ unde uim ſortiri pu tentur imagines. Cap. xvi.

i Mmenſa formę cęleſtium magnitudo uirtus motio facit/

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

ut omnes omniũ ſyderum radii terrę molem quæ quaſi punctum eſt ad cælum/momento facillimeq; uſq; ad centrũ recti penetrent: quod oẽs aſtronomi cõfitẽtur. Ibi q; ut placet Pythagoreis atque Platonicis fortiſſimi ſint: tũ quia recti undiq; centrũ tangũt: tum quia ĩ anguſtum collecti ſunt cũcti. Quorum uehemẽtia materia ibi terræ ſicca procul ab humore remota prorſus accẽdiť: accẽſaq; extenuaťur/atq; diſpergiť: p meatus undiq;/& efflat incẽdia pariter atq; zulfur. Sed ignem hunc putant ualde caliginoſũ eſſe/& quaſi incendium quoddã luminis exps: ſicut in cęlo extat exps incendii lumen: Ignis autẽ inter cæleſtẽ atq; infernum: lumẽ cum feruo reconiungit. Putant aũt ignẽ e centro flãtem/ignem eſſe ueſtalẽ: Siquidẽ ueſtam eſſe terrę uitam numẽq; putabãt. Ideoq; Veſtæ tẽplum uetereſ ĩ mediis urbibus cõſtruebãt: ignemq; ĩ medio ppetuum collocabant. Sed ne ulterius ꝓuagemur/cõcludamus iam ſi ſtellarũ radii totam mox terrã penetrant/negari nõ facile poſſe metallũ atq; lapillum/quãdo cęlanť imaginibus/ ſubito penetrare: eiſq; miras uel ſaltem qualeſcunq; ĩprimere dotes. Quãdoquidem & ĩ aluis terrę pretioſiſſima generãt. Sed quis neget per hęc radios penetrare? Siquidem aer & qualitas eius & ſonus minus efficax ſolida tranſit ſubito/ & ſua quadam afficit qualitate. Iam uero ſi duritia radiis obſiſteret penetrãtibus lumen multo citius aerem q̃ aquã pertranſiret. Et hanc ocius multo q̃ uitrum/& uitrũ ſimiliter q̃ chryſtallũ. At cũ eodem momento ſolida/quo liquida cũcta tranſuerberet/perſpicue cõſtat duritiã radiis nullo modo reſiſtere: atq; idcirco dicẽt non eſſe negandum metalla cęleſtium radios influxuſq; ſuſcipere: Atq; etiã conſeruare ad tempus tunc ſibi cælitus deſtinatum. Cõſeruare inq̃ uirtutem quandã ex radiorum cõcurrentiũ contactu creatam. Quid uero? Si materia durior hoc ipſo q uideretur obſiſtere cauſę prępotẽti/magis ictibus ſe exponit? Sic enſis lignũ ſub lana incidit non inciſa lana. Sic radius ille fulmineus corio quandoq; non lęſo diſſoluit in eo metallũ.

Cum uero natura cæleſtis noſtro hoc igne incomparabiliter ſit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

prẽstantior/ non eſt putandũ radii cæleſtis officium eſſe dũtaxat quale opus ignei radii manifeſte uidemus .s. alluminare/ calefacere/ exſiccare/ penetrare/ extenuare/ diſſoluere: quę noſtris ſẽſibus notiſſima ſunt. Sed multo plures mirabilioreſq; uires/ & effectus habere. Alioqn/ & materia inferior/ & caducus ſenſus cũ diuinitate cęli penitus æquarẽ. Sed qs neſciat uirtutes rerum occultas/ quæ ſpeciales a medicis nominanẽ/ nõ ab elemẽtali natura fieri: Sed cæleſti? Poſſunt itaq; (ut aiũt) radii occultas/ & mirabiles ultra noras imaginibus ĩprimere uires: Sicut & cęteris inſerũt. Non enĩ inanimati ſunt/ ſicut lucernę radii: ſed uiui/ ſenſuales q; tanq̃ per oculos uiuentium corporũ emicãtes: doreſq; mirificas ſecũ ferũt ab imaginatiõibus mẽtibuſq; cæleſtiũ. Vim quoq; uehemẽtiſſimã ex affectu illorũ ualido/ motuq; corporũ rapidiſſimo: ac proprie maximeq; in ſpũm agunt cæleſtibus radiis ſimillimũ. Agunt inſuper in corpora uel duriſſima. Omnia. n. hæc ad cælũ infirmiſſima ſunt. Sũt autẽ in uariis ſtellis uariæ quoq; uires: & idcirco ĩ radiis earũ inter ſe uarie. Prẽterea in radiorum ictibus aliter atq; aliter incidẽtibus/ uirtutes diuerſæ naſcunẽ. Deniq; in cõcurſibus radiorũ mutuis/ aliter atq; aliter: & hic aut ibi: & tũc aut alias effectis diuerſæ ſubito uires ſuboriunẽ: multo magis atq; citius q̃ in àliis/ atq; aliis elemẽtorum/ qualitatũq; elemẽtaliũ mixtionibus. Multo etiã citius q̃ in tonis & numeris apud muſicũ aliter & aliter cõcinentibus. Si hęc diligenter cõſideraueris: forſitan nõ diffides: dicẽs: ſubito quodam radiorũ iactu uires imaginibus ĩprimi: atq; ex diuerſo iactu diuerſas. Nũquid ergo tam cito? Mitto faſcinationes repentino quodam intuitu factas: & amores acerrimos ſtatim accẽſos radiis oculorum/ q & ipſi ſunt faſcinamenta quædam quod ĩ libro de amore probamus. Mitto q̃ cito rubens oculus inficiat intuentẽ/ & ſpeculũ intuẽs fęmina mẽſtruoſa. Nõne & familię quędam apud illiricos & triballos iratæ intuitu homines interemiſſe ferunẽ? Et feminę quædam ĩ ſcythia idem facere cõſueuiſſe. Et catoblepe reguliq; ſerpẽtes radiorum ex oculis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

iactu homines perimunt. Torpedo quoq; marina tactu etiã procul per uirgam manum subito stupefacit. Echinnus pterea piscis culus grãdem solo tactu nauem sistere fert. Phalãgia quoniam in apulia ictu quopiã: uel occulto spũm animumq; repentino stupore permutãt. Quid rabiosus canis facit/ uel non apparente morsu? Quid scopa/deinde quid arbutus? Non ne leuissimo tactu uenenum concitant atq; rabiem? An ergo negabis cęlestia oculorũ suorum radiis/quibus nostra cõruentẽ simul atq; cõtingũt/statim mirãda pficere? Iam uero grauida mulier tactu statim signat membrum hominis nascituri rei desideratæ nota. An uero dubitabis/ radios aliter aliter ue tãgentes diuersa conficere? Cum & tu helleborum herbam colligens: siue folium deorsum trahas: siue sursũ: hoc subito tactu: causa sis helleboro/ ut deorsum educat humores/aut sursum. Non ne ab initio rei cuiusque generandæ cælestes influxus concoctione materiæ digestioneq; perfecta nõ tam tempore q̃ momento dotes mirificas largiuntur? Non ne suffragante cæli uultu innumerabiles sæpe ranæ/similesq; animãtes ex arenis momento prosiliunt? Tanta est in materiis pręparatis potentia cæli tãta celeritas. Denique si ignis hoc habet/ut tempore q̃ breuissimo faciat/quę cętera longo/ob id præcipue q̃ est cęlo simillimus: quis nam dubitet/ cælum magna quasi momento perficere: etiam in materia minus parata/sicut flãma solet ingentiot? Quid ergo dubitas/ inquiunt/ in imagine construenda ferme similiter agere cęlum? Dices opinor/sicut & ego dicebam: naturales hic alterationis gradus abesse. Qui sane defectus minuit quidem cæleste donum: nec tamen penitus auferre uidetur. Nolunt enim Physici ex quolibet metallo uel lapide imaginem fabricari: sed certo. In quo quidem natura cælestis uirtutem olim ad hoc ipsum quod optatur naturaliter ĩcohauerit: & quasi iam iam perfecerit: ut in sulphure flammam. Quam sane uirtutem/tũc demũ perficiat: quando materia hęc per artem/sub simili quodam influxu cælesti uehemẽter agitatur: & agitata calescit. Itaq; ars suscitat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

inchoatam ibi uirtutem: ac dum ad figuram redigit/ ſimilem ſuæ cuidam cæleſti figuræ: tunc ſuę illic ideæ prorſus exponit: quam ſic expoſitam: cælum ea perficit uirtute/ qua ceperat. Exhibens quaſi ſulphuri flammam: ſic potentia quædam ad rapiendas paleas cælitus data ſuccino/quodammodo debilis ſępe per fricrionem calefactionemq; facta ualidior ſubito rapit. Similem uirtutem Serapio ſcribit datam lapidi Albugedi quaſi iacinto ſimili. Sed non prius trahere paleas: q̃ capilli hoc lapide perfricentur.

Sic item lapis ille Iouius Bezaar ideſt a morte liberans: quem deſcripſimus in libro Contra peſtem: uim ab initio contra uenenum accepit ab Ioue. Sed non uſqueadeo ualidam: ut eandē tradere poſſit materiis aliis exercendam. At uero cum primum ſub Scorpionis cæleſtis influxu figuram ſuperni illius acceperit: perfectam contra ſcorpiones ſubito uim reportare putatur. Quam maſtici communicare ualeat/aut thuri. Eadem quoque de iacinto/ Topatio/Smaragdo/ cęteriſque ratio eſt habenda/ ut fabrica figurarum non alibi efficaciam habeat: q̃ ubi materia cum ſtella congruit & effectu: a qua hūc faber exoptat accipere. Ac præterea ubi hæc ipſa materia quaſi iam talis eſt ab initio qualem affectas reddere per figuram. Nullis ergo materiis ad imagines uti conſuluntniſi his ipſis/quæ tibi notę ſunt: hanc ipſam ferme iam uim habere quam cupis. Lapillorum itaque uires/atque metallorum diligentiſſime perſcrutari iubent: Intereaque meminiſſe inter lapillos quidem carbūculum in tenebris corruſcantem/ atque pantauram præcipue Soli ſubeſſe: Saphyrum Ioui: Smaragdum Veneri: Mercurio: Lunę. Præterea metalla pręter aurum & argentum uix ullam ad hæc habere uirtutem. Tutioremq; in his rationem fore: ſi aurum quidem purum ad Solem referas: atq; Iouem. Ad illum quidem propter colorem: ad hunc autem propter temperatam cōmixtionem. Nihil enim Ioue & auro temperatius. Purum uero argentum ad Lunam: Sed ad Iouem ſimul atque Venerem aurum argento permixtum. Præterea imaginem efficaciorem fo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

re: ſi uirtus in materia eius elementalis conueniat cum ſpeciali/ eiuſdem uirtute naturaliter inſita/atque hæc inſuper cum uirtute altera ſpeciali per figuram cælitus capienda. Denique figuras inferiores/ & formas cæleſtibus conformari/ inde perdiſces (ut aiunt) q̄ Perſeus truncato Meduſæ capite futuram non nullis obtruncationem portēdere cōſueuit: multaq; ſimiliter: & lunam alioſque planetas ſub certis ſignis certa in nobis membra moue re non dubitant.[3]

Quam uim habeant figurę in cęlo atque ſub cęlo. Cap. xvii.

Sed ne figuris nimium forte diffidas/ meminiſſe iu bebunt/in regione hac ſub lunā elementali: elemen tarem quoque qualitatem poſſe quāplurimum/ in tranſmutatione uidelicet ad aliquid elementale tendente. Calo rem ſcilicet/& frigus/& humorem/ atque ſiccitatem. Qualitates autem quæ minus elementares materiales ue ſunt ſcilicet lumina ideſt colores. Numeros quoque ſimiliter/ & figuras ad talia fo ſitan minus poſſe. Sed ad cæleſtia munera (ut putant) ualere per multum. Nam & in cælo lumina/ & numeri/ & figuræ ſunt ferme omnium potentiſſima. Præſertim ſi nulla ſit ibi materia. Quod Peripatetici plerique putant. Sic enim figuræ/numeri/radii/cum non alia ſubſtineantur ibi materia/quaſi ſubſtātialeſ eſſe uidēt. Atque cum in ordine rerum mathematicæ formæ phyſicas antece dant/ tanquam ſimplices quidem magis/ & minus egenæ: meri to in antecedentibus mundi gradibus ideſt cęleſtibuſ auctorita tem ſibi maximam uendicant/ ut non minus inde fiat numero/ figura/luce/q̄ elemērari quadam proprietate. Huius quidem auc toritatis habetur etiam ſub Luna ſignum. Qualitates enim ual de materiales plurimis rerum ſpeciebus ſunt communes/ eiſque quodammodo permutatis/ non uſquequaq; ſpecies commutan

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

tur. Figuræ autem numeriq; partium naturalium/ proprietatem cum ſpecie inſeparabilem peculiaremq; poſſident. Vtpote quæ cęlitus una cũ ſpeciebus deſtinata fuerunt. Immo & cum ideis maximam habent in mente mundi regina connexionem: Atq; cum ipſę numerique ſpecies quędam ſint/ ideis ibi propriis deſignatæ/ nimirum uires inde proprias ſortiuntur. Ideoq; tum ſpecies naturalium certis figuris/ tum motus/ & generationes/ & mutationes certis numeris adſtringuntur. De lumine uero quid dicã? Eſt enim actus intelligentiæ uel imago. Colores autem ſunt lumina quędam. Quamobrem ubi lumina ideſt colores/ figuraſque/ & numeros Aſtrologi dicunt in materiis noſtris ad cæleſtia præparandis poſſe quãplurimum/ non temere (ut aiunt) debes iſta negare. Non ignoras concentus per numeros proportioneſque ſuas/ uim habere mirabilem ad ſpiritũ & animum/ & corpus ſiſtendum/ mouendum/ afficiendum. Proportiones autem ex numeris conſtituręq; quaſi figurę quędam ſunt/ uelut ex punctis lineiſque factę. Sed i motu. Similiter motu ſuo ſe habent ad agendum figuræ cæleſtes. Hæ nãq; harmonicis tum radiis/ tum motibus ſuis omnia penetrantibus ſpiritum indies ita clam afficiunt/ ut muſica præpotens palam afficere conſueuit. Noſti præterea cq facile multis miſericordiã moueat figura lugentis. Et quãtum oculos imaginationemq;/ & ſpiritum/ & humores afficiat ſtatim atque moueat amabilis perſonæ figura. Nec minus uiua eſt/ & efficax figura cæleſtis.

Non ne principis in urbe uultus quidem clemens/ & ilaris exilarat omnes? Ferox uero uel triſtis repẽte perterret? Quid ergo cęleſtium uultus/ dominos omnium terrenorum aduerſus hæc efficere poſſe putas? Quippe cum etiam coeuntes ad prolem/ plerũque uultus/ non ſolum quales ipſi tunc agunt: Sed etiam quales imaginãtur/ ſoleant filiis diu poſtea naſcentis imprimere. Vultus eadem ratione cæleſtes materias confe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

ſtim ſuis notis inficiunt. In quibus ſi quando diu latitare uidentur/ temporibus deinde ſuis emergunt. Vultus autem cæli ſunt figuræ cæleſtes. Potes uero facies illic appellare figuras/ cęteris ibi ſtabiliores. Vultus autem/ figuras: quæ magis ibi mutantur. Aſpectus quoque inter ſe ſtellarum motu quotidiano confectos/ uultus appellare potes ſimiliter/ & figuras. Nam exagoni/ pentagoni/ tetragoni nominantur. Eſto dicet quiſpiam. Sint ut placet potentiſſimæ ad efficiendum figuræ cęleſtes. Verum quid hoc ad figuras imaginum artificio factas? Reſpondebunt/ non id potiſſimum contendere: ut potentiſſimę per ſe ad agẽdum ſint noſtrę figuræ: Sed ut paratiſſimæ ad actiones & uires figurarum cæleſtium capiẽdas: quatenus oportune fiunt dominantibus illis/ atque examuſſim ad illas configurantur. Exigit enim figura illa figuram. Nõ ne ſonante cithara quadam/ altera reboat? Ob id tantum: ſi & ipſa ſimilem figuram habeat/ atque e conſpectu ſit poſita: Et fides in ea poſitæ/ & intentæ ſimiliter. Quid nam hic efficit/ ut cithara ſubito patiatur a cithara/ niſi ſitus aliquis & quædam figura cõformis? Figura ſpeculi lenis/ concaua/ nitens celo congrua: ob hoc ipſum proprie/ munus tantũ cælitus accipit/ ut radios Phoebi in ſe cumulatiſſime cõplectatur. Et ſolidiſſimũ quodq; ad centrum ſuum e cõſpectu locatũ repente comburat. Ergo ne dubites dicere: Quin materia quędam imaginis faciendę/ alioquin ualde congrua cęlo/ per figuram cęlo ſimilem arte data cęleſte munus/ tum in ſe ipſa concipiat/ tum reddat in proximum aliquem uel geſtantem. Non ſolum uero figura: Sed etiam diſpoſitio peruia/ quam Diaphanam uocant/ inefficax quiddam eſt/ & paſſiuum ſua prenatura. Verumtamen quoniam peruia diſpoſitio eſt in cælo proprium luminis ſuſceptaculum: ideo ubicunque ſub cęlo/ hęc uel eſt naturalis: uel mo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

do aliquo comparatur: Subito præſens cæleſtẽ lumen acquiritur: Atq; etiã conſtruaẽ: ubi una cum hac uel calor eſt igneus ut ĩ flamma/uel eſt aliquid aereum/aqueum ue ſimul/ & glutinoſum. Vt in noctilucis/& nocticernis/ & carbunculis/ atque forſan quodammodo ĩ camphora. Quid inde ſequatur proximaginibus ipſe reputa.

Quales cæleſtium figuras antiqui imaginibus imprimebant. Ac de uſu imaginum Cap. xviii.

a Liquis aũt quęret/ quas potiſſimũ cęli figuras imaginibus ĩprimere ſoleãt. Sũt.n. ibi formę oculiſ ualde cõſpicuæ/ & a multis/quales ſũt/quaſi depictę/ut Aries/ Taurus/ſimileſq; figuræ zodiaci/& quę ſũt extra zodiacũ manifeſtæ. Sunt ibi præterea formę quamplurimæ/ non tam uiſibiles q̃ imaginabiles per ſignorum facies ab Indis/& Aegyptiis: Chaldeiſque perſpectę: uel ſaltem excogitatę. Velut in prima facie uirginis uirgo pulchra ſedẽs/geminaſ manu ſpicaſ habens/ puerumq; nutriens. Et reliquę: quales deſcribit Albumaſar: Cęterique non nulli. Sunt denique characteres quidam ſignorum & planetarum ab ęgyptiis deſignati. Volunt igitur imaginibus omnia hæc inſculpi. Vt ſi quis expecter proprium a Mercurio beneficium/ collocare eum in Virgine debeat: uel ſaltem ibi Lunam cum aſpectu Mercurii. Et imaginem tunc ex ſtãno conficere/uel argento. In qua rotum ſit uirginis ſignum Et character eius characterque Mercurii. Ac ſi prima uirginis fa

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

cie ſis uſurus:addas etiam figuram:quam in prima facie dixi mus obſeruatã:Similiterq; de cęteris. Poſtremi quidem imaginum auctores uniuerſam earum formam ad cæli ſimilitudinem accepere rotundam. Antiquiores autem quemadmodum in quodam Arabum collegio legimus/ figuram crucis cunctis anteponebant. Quia corpora per uirtutem agunt ad ſuperficiem iam diffuſam. Prima uero ſuperficies cruce deſcribitur. Sic enim imprimis habet lõgitudinem atq; latitudinem. Primaq; hæc figura eſt/ & omnium recta q̃ maxime/ & quattuor rectos angulos continet. Effectus uero cæleſtium maxime per rectitudinem radiorum angulorumque reſultant. Tunc enim ſtellæ magnopere ſunt potentes:quando quattuor cęli tenent angulos immo cardines: orientis uidelicet occidentiſque: & medii utrinque cęli. Sic uero diſpoſitæ radios ita coniiciunt in ſe inuicem/ut crucem inde conſtituãt. Crucem ergo ueteres figuram eſſe dicebant:tum ſtellarum fortitudine factam: tum eatũdem fortitudinis ſuſceptaculum. Ideoque habere ſummam in imaginibus poteſtatem: Ac uires & ſpiritus ſuſcipere planetarum. Hæc autem opinio ab ęgyptiis uel inducta eſt/ uel maxime confirmata: inter quorum characteres crux unus eratĩ ſignis:uitam eorum more futuram ſignificans:eamque figuram pectori Serapidis inſculpebant. Ego uero quod de crucis excellẽtia fuit apud ægyptios ante Chriſtum/non tam muneris ſtellarum teſtimonium fuiſſe arbitror/q̃ uirtutis pręſagium:quã a Chriſto fuerat acceptura. Aſtrologos aũt qui ſtatim poſt Chriſtũ fuerũt/ uidentes a Chriſtianis miranda per crucem fieri/ne ſcientes autem uel nolentes in Ieſum tanta referre/ in cælaſtia retuliſſe. Quanquam conſiderare debebant per crucem ipſam/ abſque nomine Ieſu miracula minime perperrari. Conuenire ędem imaginibus eam/ quia referat fortitudinem planetarum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

omniumq; ſtellarum forſitam eſt probabile. Non tamen ob hoc dũtaxat ingentem habere potentiam. Poſſe uero non nihil/ una cum cęteris/ quæ neceſſaria ſunt coniunctam: ad proſperam for ſan corporis ualitudinem: Sed ad narrandas aliorum opiniones/ ut cepimus reuertamur. Saturni uereres imaginem ad uitæ lon gitudinem faciebant in lapide de Feyrizech/ ideſt ſaphyro/ hora Saturni: ipſo adſcẽdente/ atque fęliciter conſtituto. Forma erat: Homo ſenex/ in altiore cathedra ſedens: uel dracone: Caput rec tus panno quodam lineo fuſco/ manus ſupra caput erigens: Fal cem manu tenens/ aut piſces: fuſca indutus ueſte. Ad longam uitam/ atque fęlicem/ Iouis imaginem in lapide claro/ uel albo. Erat homo ſedens ſuper aquilam uel draconem/ Coronatus: ho ra Iouis/ ipſo in exaltatione ſua fęliciter ſecũdę adſcẽdẽte: croceã induto ueſtẽ. Contra timiditatẽ hora Martis imagines fabrica bãt prima Scorpionis facie oriente. Martem armatum/ & corona tum. Ad morbos curandos fingebant Solis imaginem in auro hora Solis: prima facie Leonis adſcendente cum ſole. Regem in throno/ crocea ueſte/ & coruum Soliſq; formam. Ad letitiam ro burque corporis/ Veneris imaginem puellarem: poma floreſque manu tenentem/ croceis & albis indutã/ hora Veneris prima fa cie Libręl uel Piſcium/ uel Tauri adſcendente cum Venere. Ima ginem Mercurii ad ingenium/ & memoriam prima facie Gemino rum. Item contra febres ſculpebatur Mercurius/ Homo tela ma nu tenens/ hora Mercurii ſurgente Mercurio: ſculpebant hanc in marmore. Subinde materię cuipiam imprimebant languentibus aſſummendæ. Hinc omne genus febrium curari dicebant. Ima ginem Lunæ adſcendente prima facie Cancri ad augumentum. Forma Mercuri: Homo ſedens in throno/ galeratus/ criſtatuſque/ pedibus aquilinis: ſiniſtra gallum tenens: aut ignem. Alatus: ali quando ſuper pauonem. Dextra tenens clauum: ueſte uaria. Lu na puella pulchra cornuto capite ſuper Draconem uel Taurum ſerpentes ſupra caput/ & ſub pedibus habens. Ad curandum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

calculum genitaliumq; dolores & ad ſanguinem adſtringendum imaginem hora Saturni: ſurgente tertia facie Aquarii cum Saturno. Item leonem auro imprimebant/lapidem in formam Solis pedibus reuoluentem: hora Solis: primo gradu faciei ſecundę Leonis oriente. Hanc expellendis morbiſ profuturam exiſtimabant. Ad renum morbos ſimilem faciebant/ quando Sol in corde Leonis cęlum medium obtineret: a Petro aponenſi comprobatam & experientia confirmatam: ſed hac conditione/ut Iuppiter aut Venus medium aſpiciat cęlum: planetæ uero noxii cadant: infortunatiq; ſint. Accepi a Mengo phyſico præclaro eiuſmodi imaginē factam Ioue ibidem cōiuncto cum Sole liberauiſſe Iohannem Marlianum Mathematicum noſtro ſæculo ſingularem a pauore quo ſub tonitru affici conſueuerat. Prętera ad firmandam ſanitatem & ueneficia deuitanda imaginem ex argento fingebant hora Veneris: Luna angulos obtinente: ac Venerem fęliciter intuente. Dummodo dominus ſextæ domus Venerem aſpiciat/ aut Ioue trino quodam intuitu uel oppoſito. Mercurius aūt nō ſit infelix. Agebāt hęc hora diei Solis ultima. Ita ut dominus horę decimam teneret cæli plagam. Petrus Aponēſis inquit medicum per imaginem infirmum curare poſſe. Modo in ea fabricanda obſeruet/ uti anguli aſcendentis/medii cæli/occidentis ſint fortunati: & adſcendentiſ dominus: & eadem ratione ſecunda/ſed ſexta & dominus eius ſit infęlix: ait etiam ſanitatem fore firmiorem/uiramq; longiorē q̄ ab initio fuerit inſtitura: ſi natiuitate perſpecta fiat imago: in qua hęc fortunata ponantur ſcilicet illiuſ ſignificator uitæ. Item uitę datores/tū ſigna tū domini: præſertim adſcendens/eiuſq; dominus. Item cęli medium. Locus ſolis. Pars fortunę. Dominus coniunctionis uel præuentionis ante natiuitatem factæ. Mali quinetiā infortunati cadant. Concludit aſtrologorū nullum dubitare/ quin ad producendam uitam talia conferant.

Prolixum foret dictu/quas per quęliber ſigna facies antiqui/& quas Lunę ſtationes/ tāquam neceſſarias in exprimendis imagi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

nibus obſeruabant. Nam in ſtatione Lunę a gradu uirginis deci moſeptimo ad finē eius faciebant imagines contra morbos/ & odia: & ad iter fęlix. In ſtatione a principio Capricorni ad gradū duodecimum: cōtra morbos/ & diſcordias/ atque captiuitatem. In ſtatione a gradu duodecimo Capricorni ad gradum uigeſimū qntū aduerſus langorem & carcerem. In ſtatione a gradu quarto piſcium ad gradum eiuſdem decimūſeptimum ad curādos mor bos: ad lucrum: ſocietatem: ad augendas meſſes. Et in aliis ſimi liter alias: uana ſępius curioſitate machinabantur. Solas uero re cenſui quæ non tam magū q̄ medicum redolerent. Nam & medici nā eiuſmodi uanam plurimum fore ſuſpicor. Pro aliis autem ma gis legitimis medicinarum confectionibuſ eiuſmodi manſiones Lunæ arbitror eligendas. Atque etiam in ariete gradum ſextum. rurſus decimūnonū. minuta. xxvi. Itē in geminis gradū decimū. minuta. li. In cācro gradū decimumnonū. minuta. xxvi. In libra gradū ſextum. minuta. xxxiiii. In capricorno gradum decimūno nū. minuta. xxvi. In aquario gradū ſēcūdū. minuta. xvii. In eodē gradū decimūqntū. minuta viii. Prętera ſententiā Haly mente te nendam. Quodlibet ſignum q̄diu Sol eſt in eo uiuum fieri. Cętе ris dominari. Effectum eius præceteris euenire. Vt illuc Lunam di rigas ad donum īde proprium pro medicinis ſuſcipiēdum. Illuc inquam ideſt ad ſignum & faciem/ & maxime gradum. ut ſi bona Iouis affectas/ ad hęc directā Lunam erigas/ uel unitam: quādiu locum eiuſmodi Sol illuſtrat: Vbi proprietas Iouia uiget. Simili terq; de ceteris. Curioſum uero narratu foret: & forte noxium quas imagines: & quemadmodum aſſociādos uel diſſociandos inter ſe animos: fabricabant ad afferendam fęlicitatem uel inferē dam calamitatē: uel uni cuidam: uel domui uel ciuitati. Ego qui dem fieri poſſe talia non affirmo. Aſtrologi autem fieri poſſe pu tant: & quomodo/ docēt: qualia ego narrare non audeo. Porphy rius ubi uitam Plotini magiſtri ſui deſcribit/ talia fieri poſſe con firmat. Atq; Olympiū magum/ & aſtrologum ægyptium narrat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

contra Plotinū Romæ talia tentauiſſe: dū conaret̄ per imagines uel res eiuſmodi ſiderare Plotinum. Sed conatuſ ī auctorē ſuum ob excelſam Plotini animā fuiſſe retortos. Albertus quoq; Magnus aſtrologię pariter atq; theologiæ profeſſor ait ī ſpeculo/ubi a licitis diſcernere ſe īquit illicita/ imagines rite ab aſtrologis cōſtituras/uirtutem effectūq; acquirere a figura cæleſti. Atq; ſubinde narrat mirabiles earū effectus: quales Thebit Benthorad/ & Prolemęus/cæteriq; aſtrologi pollicent̄. Deſcribitq; imagines ad calamitatē alicui proſperitatēq; afferendā/quas conſilio prætermitto. Et interea confirmat effectū eas habere poſſe. Quanq̄ & ut uir bonus artis damnat abuſum:& ut legitimus theologus orationes ſuffumigationeſq; deteſtat̄: Quas impii quidā ad Dęmones imaginibus fabricādis adhibuerunt. Neq; tamen reprobat figuras & litteras dictioneſq; imaginibus impreſſas ad hoc ipſum dūtaxat ut donum aliquod accipiāt a figura cęleſti. Quod quidē poſſe p imagines cōparari/Petrus Aponēſis cōfirmauit. Immo & affirmauit regionē neſcio quā fuiſſe deſtructam p imaginem illā/ quam Thebith narrat a Phedice aſtrologo fabricatā. Thommas autē Aqnas dux ī theologia noſter magis iſta formidat: & minus tribuit imaginibus. Tantū nāq; uirtutis dūtaxat p figuras cælitus putat acquirere/ q̄tum cōducat ad illos effectus: quos ſolet communiter cælū per herbas reſq; alias naturales efficere. Nō tam qa figura talis ſit ī ea materia: q̄ quoniam cōpoſitum tale iam poſitum eſt in certa quadā artificii ſpecie: qualis cum cælo cōſentiat. Hęc ait in libro contra gentiles tertio. Vbi characteres/& litteras figuris additas rider. Figuras uero non adeo:niſi pro ſignis quibuſdam ad Dęmones adiungātur. In libro etiam de fato ait. Cō ſtellationes dare ordinem eſſendi atq; perdurandi/non ſolum rebus naturalibus:ſed etiam artificioſis: ideo imagines ſub certis conſtellationibus fabricari. At ſiqd mirabile per eas ultra conſuetos naturaliū effectus nobis eueniat/ ī Dęmonas reicit hominū ſeductores/ Quod in libro cōtra gētiles perſpicue patet. Maxime

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

uero in libello de occultis naturæ opibus. Vbi uidet ipsas etiam imagines paruipendere/quocunq; factas. Quas & ego quatenus ipse iusserit/nihili pendã. Referre aũt mirabiles quosdã effectus imaginũ/in Dęmonũ falsitatẽ: nec est a Platonicis alienũ. Nam & Iamblichus ait/eos q religione sũma sanctimoniaq; posthabita: imaginibus dũtaxat cõfisi/ab eis diuina sperãt munera/hac ĩ re a malis Dęmonibus sæpissime falli/sub prætextu bonorũ numinũ obcurrentibus. Contingere tamẽ ex imaginibus legitima astrologię rõne constructis naturalia quędã bona non negat. Deniq; tutius fore arbitror medicinis q̃ imaginibus se committere. Ratio neq; a nobis de potestate cælesti/p imaginibus assignatas/ i medicinis potius q̃ i figuris efficaciã habere posse. Probabile. n. est si quã uim imagines habẽt: hãc nõ rã p figurã nup acqrere/q̃ per materiã possidere naturaliter sic affectam. Ac siqd denuo acqritur dum insculpit̃/nõ rã per figurã comparari q̃ per calefactionẽ contusione quadã prouenientẽ. Quæ qdẽ contusio calefactioq; facta sub harmonia cælesti simili harmoniæ: quæ quõdã materiæ uirtutem infuderat excitat uirtutẽ ipsã atq; corroborat/sicut flatus flãmã: & manifestã efficit ante latentẽ. Sicut calor ignis in aspectum ꝓducit litteras scriptas succo cepæ prius delitescẽtes. Atq; litteræ hirci adipe inscriptę/lapidi ꝓrsus occultę/ si lapis submergat̃ aceto prodeunt/& quasi sculptę eminentes extant. Immo uero sicut tactus scopæ uel arbuti suscitat rabiẽ consopitã: sic forte cõtusio quædã & calefactio sola latentẽ in materia uirtutem ꝓdit facta uidelicet oportune: qua qdẽ cælesti oportunitate expedit ĩ medicinis cõficiẽdis uti/aut siq; forte tractare metalla lapidesq; uoluerit pręstat ꝓcutere solũ/atq; calefacere/ q̃ figurare. Præter. n. id ꝙ imagines esse figuras suspicor: haud temere uel umbrã idolatriæ debemus admittere. Item nec temere uti stellis uel salutaribus ad morbos his simillimos expellẽdos. Hos. n. sępe augent. Sicut noxiæ stellæ dissimiles sibi morbos aliquãdo minuũt: quod sane Prolemęus & Haly perspicue docent.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

ſ Ed cur nam uniuerſalem ipſam ideſt uniuerſi ipſius imaginem prætermittimus? Ex qua tamē beneficium ab uniuerſo ſperare uidentur. Sculpet ergo ſectator illorū forte qui poterit/formā quādam mūdi totius archetipā ſi placebit/in ære. Quā deinde oportune ī argenti lamina imprimat aurata. Sed quando potiſſimū imprimet? Quādo Sol minutū primū arietis attigerit. Hinc.n. aſtrologi tanq̄ ex ſui naralis reuolutione fortunā mūdi eo ſaltem anno iminentē auſpicanť. Ille igiť in hoc ipſo mūdi natali totius imprimet mūdi figurā. At uides ne q̄ belle inter diſſerendū mundi aliquādo nati nobis ſuccurrerit argumentū? Siquidem quolibet anno renaſcitur: Nō ne in ipſa hominis geneſi metiuntur Aſtrologi/primum ī quo ſigno/quo gradu/quo minuto Sol extiterit. Ibiq; totius figuræ iaciunt fundamentum. Et quolibet deiceps anno: cū primum Sol minutū ſubierit idem/quaſi renatum hominē arbitranť/atq; inde præſagiūt anni fortunā. Sicut igiť id in homine facere nō ualerent/niſi quaſi renaſceretur. Atq; hic nō poſſet quaſi renaſci/niſi fuiſſet aliquādo natus: Sic & mundum coniicere licet/aliquando genitum/Sole uidelicet ſub minuto arietis primo/tūc poſito: quādoq̄dem p eundē quolibet anno ſitum/ſors quædam quaſi renaſcentis mūdi reuoluiť. Tūc igitur ille fabricabit mūdi figurā. Cauebit autē ne ſabbato Saturni die figuram ſculpat/aut exprimat. Hoc eni die deus mundi faber ab opere tradiť quieuiſſe. Quod ab ideali die ſolis inceperat. Quantū.n. Sol generationi accomodatus eſt/tantū Saturnus ineptus. Perfecerat autē opus in Venere pulchritudinem opis abſolutam ſignificāte. Sed de mūdanę fabricæ tōnibus nihil ultra. Iohānes enim Picus noſter Mirādula diuina de geneſi mūdi myſteria Moſeos diuinitus his diebus expreſſit. Quāobrē ut redeamus ad inſtitutum: & ille mundū ſuum primū die uel hora Saturni nō ſculpet. Sed die potius uel hora Solis. Imprimet autē in anni natali

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

præſertim ſi tũc ſęlices accedãt Iuppiter atq; Diana. Optimũ uero fore putabũt præter liniamẽta opificio colores inſerere. Sunt uero tres uniuerſales ſimul & ſingulares mũdi colores/uiridis/aureus/ ſaphyrinus/tribus cęli gratiis dedicati. Viridis qdẽ Veneri ſimul atq; lunæ. Humidus uidelicet humidis: atq; naſcẽtium proprius: accomodatus & matribus. Aureum Solis eſſe colorẽ nemo dubitat: & ab Ioue iſup/atq; Venere nõ alienũ. Saphyrinũ deniq; Iouī maxime dedicamus: cui & ſaphyrus ipſe dicit̃ conſecratus. Vnde & lapis lazulus hoc colore doratus ob uirtutẽ Iouiã cõtra bilem attã a Saturno ꝓfectã/apud medicos prærogatiuã habet: naſcit̃q; cũ auro aureis diſtictus notis/ita comes auri/ſicut Solis eſt Iuppiter. Similẽq; uī habet lapis Armenus: colorẽ ſimilẽ cũ uiridi quodãmodo poſſidens. Expedire igit̃ iudicabũt ad gratiarũ cęleſtiũ munera capeſſẽda tris potiſſimũ hos colores frequẽtiſſime cõtuer i. Atq; ī formula mũdi: quã fabricas ſaphyrinũ colorẽ mũdi ſpheris iſerere. Opę pretiũ fore putabunt aurea ſpheris ad ipſã cęli ſimilitudinẽ addere ſydera: atq; ipſã Veſtã: ſiue Cererẽ. i. terrã uiridẽ induere ueſtẽ. Eiuſmodi formulã ſectator illorũ: uel ipſe geſtabit: uel oppoſitã intuebit̃. Vtile uero fore ſpectare ſpherã motibus ſuis prædităq; qualẽ Archimedes quõdã: & nup florẽtinus q dã noſter Laurẽtius noīe fabricauit. Neq; ſpectare ſolũ: ſed ẽt aio reputare. Proīde ī ipſis ſuę domuſ penetralibuſ cubiculũ cõſtruet ī fornicẽ actũ figuris eiuſmõi/& coloribus iſignitũ. Vbi plurimũ uigilet atq; dormiat. Et egreſſus domo nõ rãta attẽtiõe ſingularũ rerũ ſpectacula/q̃ta uniuerſi figurã/coloreſq; ꝓſpiciet. Sed hęc imaginũ fictores illi uiderit. Tu uero præſtãtiorẽ ī te finges imaginẽ. Nẽpe cũ noueris: nec qcq̃ ordinatius eſſe q̃ cęlũ: neq; tẽpatius aliqd cogitari: q̃ Iupiter: ſpabis ita demũ beneficia cęli Iouiſq; cõſequi ſi cogitatiõibus/affectibus/actiõibus/uictu te ipſũ ordinatiſſimũ tẽpatiſſimũq; præſtiteris. At poſtq̃ in mẽtionẽ tẽpantiæ cęleſtis icidimus/ oportunũ forte fuerit recordari/ nullũ eſſe cęlo elemẽtalis qualitatis exceſſũ ut ꝓpiatetice loquar alioqn ſiue ita

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

cõpoſitũ ſit/iam eſſet tot ſęculis diſſolutũ: ſiue etiã ſimplex/ tãta ſaltẽ magnitudine/potẽtia/ motione cętera ꝑdidiſſet. Sed ꝑfecto tanꝯ moderatiſſimũ/oía moderaẽ: ac diuerſa cõmiſcet in unũ. Prę terea tũ hac ipſa tempantia ſua: tũ excellentia formę/diuinitus ui tã meruit. Nã & res cõpoſitas: tunc demũ uitã adipiſci uidemus/ quãdo qualitatũ ꝑfecta cõmixtio priorẽ iam cõtrarietatẽ fregiſſe uideẽ/ut i plantis. Perfectiorẽ deinceps in aialibus uitã/quatenus ineſt eis complexio a cõtrarietate remotior ꝙ i plãtis. In hõibus rurſum eadẽ rõne ꝑfectiorẽ: & quodãmodo iã cęleſtẽ. Siquidẽ hu mana cõplexio ad cęleſtẽ tempantiã iam acceſſit: præſertim i ſpũ: ꝙ ultra ſubſtãtiæ ſuæ ſubtilitatẽ qualitatũq; tempantiã: qbus cũ cęlo conſentit: cęleſtẽ quoq; lucẽ eſt adeptus. Hic inſup ubi maxi me talis eſt/ potiſſimũ eſt cęleſtis/ uitãq; cęleſtẽ diuinitus præcete ris eſt adeptus: & quatenus ſe talẽ in omni uictu legeq; uitæ effi cit/atq; ſeruat: eatenus ſingularia cęleſtiũ dona reportat. Quãdo uero dicimus nõ eſſe in cęlo ullũ elemẽtaris qualitatis exceſſum/ itelligimus/ uel nullã eſſe ibi eiuſmodi qualitatẽ/ ſed uirtutes po tius effectrices qualitatũ tempatas: uel ſi quę ſunt illic quodãmo do ſimiles qualitates/ quaſi aeriã habere tempiem. Atq; ubi quæ dã illic frigida ſiccaq; nominamus/ Platonica hęc accipimus rõne .i. ut frigidum appelleẽ quod minimi caloris eſt cauſa. Siccũ uero quod humorẽ nobis exhibet minimũ. Sic aſtrologus Abrahã Sa turnũ inquit corpus noſtrũ quodamodo relinquere frigidũ atq; ſiccum/ qa calorẽ & humorem affert noſtro minorẽ. Eadẽ ratione carnes bouis & leporis i ſe quidẽ calidę atq; humidæ/nobis frigi dę ſũt & ſiccæ. Ex hac aũt inductione duo hæc accipe corollaria: primũ quidẽ ſi corpora magis deinceps tempata magis uiuũt/cę lũ maxime tẽpatũ ꝙmaxime uiuere. Immo uero uiciſſim ex eo ꝙ cęlũ exactiſſime tempatũ abſoluti ſſimã in ſe uitã poſſidet/coniec tari: ut quatenus reliqua ad tẽpiem uitãq; illius accedũt/eatenus uitã ſortiri præſtantiorẽ. Alterũ uero uitã eſſe formã in ſe perfec tam/ꝑficientẽq; corpus/motioniſq; prĩcipiũ exhibentẽ. Principiũ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

inq̃ intimũ/motionis quoq; tũ intrinſecus actę: tũ ꝓoẽm partẽ ex trinſecus expeditæ. Si igit̃ id ipſũ uita eſt/mentecaptũ exiſtimato: qui eiuſmodi formã nõ cognouerit ineſſe cęlo/corpore pręſtãtiſſimo/circũeunte ſemꝑ motione ꝓfecta/cũcta uiuificãte/magiſq; illa gradatim/quæ uel ad ipſius ſimilitudinẽ naturaliter ꝓpinqus ac ceſſerũt: uel quotidie huius influxibus aptius ſe exponunt.

Quantam imagines uim habere putent̃ in ſpũm/& ſpũs ĩ eas. Et de affectu utentis & operantis. Cap. xx.

COmpertũ habemus: ſiquis rite utaſ̃ helleboro/feratq; porrecter/mutare quodãmodo exqſita purgatione/& occulta eius ꝓprietate qualitatẽ ſpũs corporiſq; naturã: & ex parte morũ animi: & quaſi reiuueneſcere/ut ferme uideaſ̃ eſſe renatus. Vnde Medeã magoſq; tradũt herbis q̃buſdã reddere iuuenturẽ conſueuiſſe: quã nõ tam reddunt mirobalani/ q̃ cõſeruãt. Simílẽ aſtrologi poteſtatẽ ꝓpitias habere imagines arbitrant̃: ꝑ quã geſtãtis naturã/& mores quodãmodo mutẽt: ĩ meliuſq; reſtituãt: ut quaſi iam alter euaſerit: aut ſaltẽ ꝓſperã ualitudinẽ diutiſſime ſeruent. Imagines uero noxias aduerſus geſtantem habere uim hellebori præter artẽ potentiãq; adſũpti/ uenenoſã uidelicet atq; peſtiferã. Aduerſus ãt aliũ quendã: ad cuius calamitatẽ fabricatæ intẽtæq; fuerint/uim ænei ſpeculi/cõcauiq; ſic ꝓrſus obiecti ut collectis/repꝙſſiſq; ĩ oppoſitũ radiis: cominus q̃dem cõburãt: eminus ãt ſaltẽ caligare cõpellãt. Hinc orta ẽ hiſtoria/uel opinio: putãs aſtrologorũ machinis/magorũq; ueneficiis/hõies/bruta/plãtas/ſiderari/atq; tabeſcere poſſe. Ego aũt imagines in rem diſtãtẽ uim habere ullã/non ſatis ĩtelligo. Habere uero ĩ geſtantẽ/nõnullã ſuſpicor: non tamen talem opinor: qualem pleriq; fingunt: & hanc ratione materię potius q̃ figuræ: atq; (ut dixi) lõgo ĩteruallo medicinas imaginibus antepono. Quanq̃ Arabes & Aegyptii rantũ ſtatuis imaginibuſq; attribuũt arte aſtronomica/& magica fabricatis/ ut ſpũs ſtellarum in eis includi putent. Spũs aũt ſtellarũ intelligũt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

Alii quidē mirabiles cæleſtium uires: alii uero Dęmonas etiā ſtel
lę huius illiusue pediſſequos. Spūs igiť ſtellarū qualeſcunq; ſint/
inſeri ſtatuis & imaginibus arbitranť/ non aliter ac Dęmones ſo
leant humana nōnunq̄ corpora occupare: perq; illa loqui: moue
ri: mouere: mirabilia perpetrare. Similia quædā per imagines face
re ſtellarum ſpūs arbitranť. Putant Dęmonas mundani ignis ha
bitatores per igneos humores: uel ignitos: ſimiliterq; p ignitos
ſpūs & affectus eiuſmodi/ noſtris inſinuari corporibus. Similiter
ſtellarū ſpūs per radios oportune ſuſceptos/ ſuffumigationeſq; &
lumina tonoſq; uehementes cōperentibus imaginū materiis inſe
ri: mirabiliaq; in geſtantē: uel ꝑpinquantē efficere poſſe. Quæ qui
dem nos per dęmonas fieri poſſe putamus/ nō tam materia certa
cohibitos q̄ cultu gaudētes. Sed hæc alibi diligētius. Tradunt
Arabes ſpūm noſtrū quādo rite fabricamus imagines/ ſi p imagi
nationem & affectū ad opus attentiſſimus fuerit & ad ſtellas/ cō
iungi cum ipſo mundi ſpū: atq; cum ſtellarū radiis: p quos mūdi
ſpūs agit/ atq; ita coniunctū/ eſſe ipſum quoq; i cauſa/ ut a ſpiritu
mundi per radios/ quidā ſtellę alicuius ſpūs ideſt uirtuida quædā
uirtus infundať imagini: potiſſimū hominis tūc opantis ſpiritui
conſentanea. Adiuuari quoq; ſuffumigationibus ad ſtellas acco
modatis opus eiuſmodi. Quatenus ſuffumigationes tales aerē/
radios/ ſpūm fabri. Imaginis materiā: ſic prorſus afficiunt. Ego
uero odores quidē tanq̄ ſpūi aeriq; natura perſimiles/ & cū accen
ſi ſūt/ ſtellarū quoq; radiis cōſentaneos arbitror/ ſi Solares/ uel Io
uii ſūt/ afficere aerē ac ſpūm uehemēter ad dotes Solis: aut Iouis:
tunc dominātis/ oportune ſub radiis capiēdas/ atq; ſpūm ſic affec
tum/ ita donatū/ poſſe uehemētiore quodā affectu/ nō ſolū in pro
prium corpus agere: ſed propinquum: præſertim natura cōforme
quidē/ ſed debilius: & conſimili quadam afficere qualitate. Mate
riam uero imaginis duriorē ab odoribus & opantis imaginatio
ne/ uix minimū quiddā ſuſcipe poſſe puto. Spūm tamē ipſum ab
odore ſic affici/ ut ex ambobus unū conficiať: quod quidē ex eo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

patet q̃ odor nõ agit ulterius in olfactum/poſtq̃ ſatis egit. Olfactus.n. & quod uis aliud a ſe ipſo uel ſimillimo quopiã nihil patiẽ. Sed de his alibi. Proinde imaginationis intentionem: non tamẽ fabricandis imaginibus/uel medicinis uim habere/q̃ in applicandis/& aſſumẽdis exiſtimo: ut ſi quis imaginem (ut aiunt) geſtans rite factam: uel certe medicina ſimiliter utens/ opem ab ea uehemẽter affectet: & proculdubio credat/ ſperetq; firmiſſime: hinc certe q̃plurimus ſit adiumẽto cumulus acceſſurus. Nam ubi uel uirtus imaginis ſiqua eſt/tangentis carnẽ/penetrat calefacta: ſaltem uirtus in electa eius materia naturalis: uel certe medicinæ uigor intus adſũptæ/ uenis ac medullis illabiẽ/Iouiam ſecum ferẽs ꝓprietatem: ſpũs hominis in ſpũm eiuſmodi Iouium affectu ideſt amore tranſfertur. Vis enim amoris eſt tranſferre. Fides aũt ſpeſq; nõ dubia ſpũm hominis iam ita ꝓcitum ſiſtit in ſpiritu Iouio penitus/atq; firmat. Quod ſi quẽadmodum Hippocrates & Galienus docent ægrotantis amor fideſq; erga medicum inferiorem exterioremq; ad ſanitatem plurimũ conferũt: imo uero fiduciam hanc Auicenna plus inquit efficere q̃ medicinã: quãtũ ad cęleſtem opẽ cõducere putandũ eſt/affectũ fidemq; nobis erga cęleſtem influxũ iam nobis inſitũ/agentẽ intus: uiſcera penetrãtem? Iam uero amor ipſe fideſq; erga cæleſte donũ: ſæpe cæleſtis adminiculi cauſa eſt/atq; uiciſſim amor & fides hinc aliquando forſan proficiſciẽ: quod ad hoc ipſum iam nobis faueat clemẽtia cęli.

De uirtute uerborũ: atq; cantus ad beneficium cæleſte captandũ. Ac de ſeptẽ gradibus ꝓducentibus ad cæleſtia. Cap. xxi.

Verba ꝓterea quędam acriore quodam affectu pronunciata/uim circa imagines magnã habere cenſent ad effectum earum illuc proprie dirigẽdum: quorſum affectus intẽdunt/ & uerba. Itaq; ad duos ardẽtiſſimo quodã amore cõciliãdos imagine ſub luna coeũte Cũ Venere ī piſcibus/ uel tauro fabricabãt:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

multis interim circa ſtellas uerbaq; curioſius obſeruatis: quæ re ferre/nō eſt conſiliū. Non enim philtra docemus/ſed medicinas.

Probabilius autem eſt effectus eiuſmodi uel per Venereos Dęmonas confici: his operibus uerbiſq; gaudēres: uel per dęmonas ſimpliciter ſeductores. Nam & Apollonium Theaneum ſæpe Lamias deprehendiſſe & prodidiſſe ferunt: Dęmonas ſcilicet quoſdam ſalaces Venereoſq;/q formoſas puellas ſimulent/pelliciātq; formoſos: quos ut ſerpēs elephantē ore: ſic illi illos ore uulua paritet exſugant ac prorſus exhauriant. Sed hæc Apollonius ipſe uiderit. In uerbis autē certis uim eſſe certam/atq; magnā Origenes aſſerit contra Celſum/& Sineſius/atq; Alchindus de magia diſputantes. Item Zoroaſter: uetans barbara uerba mutari. Iamblicus quoq; ſimiliter. Item Pythagorici uerbiſ/& cātibus/atq; ſonis mirabilia quædam Phoebi & Orphei more facere cōſueti. Quod hebreorum antiqui doctores præcæteris obſeruarunt: omneſq; poetæ mirāda canunt carminibus effici. Et grauiſſimus ille Cato i re ruſtica in curandis beſtiarum morbis/ aliquādo barbaris cantionibus utit̄. Sed præſtat dimittere cantiones. Concentū uero illū/ quo adoleſcens Dauid Saulem ab inſania redimebat/ niſi myſterium iuſſerit ad diuinitatem referri/ referet forte aliquis ad naturam. Cum uero pro ſeptem planetarum numero: ſeptem quoque ſint gradus/per quos a ſuperioribus ad iferiora fit attractus/ uoces medium gradum obtinent/& Apollini dedicantur. Infimum quidem tenent gradum materiæ duriores/ lapides atq; metalla: ac lunam referre uidentur. Secundum in adſcenſu locum habent: quæ ex herbis/ arborum fructibus/ gummis/mēbris animalium componuntur: Reſpondentq; Mercurio: ſi ordinem in cælo ſequimur chaldeorum. Tertiū pulueres ſubtiliſſimi/eorūq; uapores ex prædictis electi: odoreſq; ſimpliciter herbarū & florū/& unguētorū ad Venerē ptinētes. Quartū uerba: cātus: ſoni: quæ oīa rite dicant̄ Apollini muſicę præcæteris auctori. Quintū/uehementes imaginatiōis cōceptus formæ/motus/affectus uim Martiā referē

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

tes. Sextum rationis humanæ discursiones deliberationesq; consulte pertinentes ad Iouem. Septimum secretiores simplicioresq; intelligentiæ quasi iam a motu seiunctę/coniunctę diuinis: destinatę Saturno. Quē merito Sabath hebrei nomine qetis appellār. Quorsum hæc? Vt intelligas quēadmodū ex certa herbarū uapo rumq; cōpositione cōfecta ꝑ artem/tū medicā/ tū astronomicam/ resultat cōmunis quędā forma uelut harmonia quędā/syderū dotata muneribus: sic ex tonis primo qdem ad stellarū normā electis: deinde ad earūdem cōgruitatem inter se cōpositis/cōmunem quasi formā fieri: atq; i ea cęlestem aliquā suboriri uirtutē. Difficillimum qdē est iudicatu quales potissimū toni/ qualibus cōueniant stellis: quales item tonorū compositiones: qualibus præcipue syderibus aspectibusq; consentiant. Sed partim diligētia nostra/partim diuina quadā sorte non aliter id assequi possumus/q̄ Andromachus in theriaca componenda diutissime fatigatus: ac tandē post diligētiam: diuina sorte cōsecutus theriacę uirtutem. Quod qdē cōtigisse diuinitus Galienus & Auicēna cōfirmant. Immo uero totā medicinā exordium a uaticiniis habuisse testis est Iamblicus atq; Apollonius theaneus. Ideoq; Phębū uatē medicinæ præponūt. ✳ Tres uero potissimum regulas ad hoc afferemus/si prius admonuerimus/ne putes nos impręsentia de stellis adorādis loq: sed potius imitādis/ & imitatione captādis. Neq; rursum de donis agere credas: quę stellę sint electione daturę: sed ifluxu potius naturali. Ad quē ꝑfecto multiplicē/& occultū: ita nos exqsitis studemus modis accōmodare: sicut quotidie ad manifestū Solis lumē calorēq; salubriter excipiēdū nosipsos accōmodamus. Aptare uero se ipsū ad occultas dotes eius atq; mirificas/ solius sapiētis ē officiū. Sed iā ad regulas cātū syderibus accōmodaturas pueniamus. Prima ē exqrere quas i se uires quos ue ex se effectus stella quælibet & sydus & aspectus habeār: quæ auferār: quę ferant. Atq; uerborū nostrorū significatiōibus hęc iserere. Detestari quę auferūt: ꝓbare quę ferūt. Secūda: cōsiderare quę stella

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

cui loco maxime uel homini dominetur. Deīde obſeruare quali bus cōmuniter hę regiōes & pſonę tonis uranĕ/ & cātibuſ. Vt ipſe ſimiles quoſdā una cū ſignificationibus modo dictis adhibeas uerbis:quę ſyderibus eiſdē ſtudes exponere. Tertia ſitus aſpec tuſq; ſtellarū quotidianos aiaduertere:atq; ſub his explorare/ ad quales potiſſimū ſermones/cātus/motus/ſaltus/mores/actus inci tari hoies pleriq; ſoleāt/ut talia quædā tuꝑ uiribus imiteris i can tibus/cęlo cuidam ſimili placituris/ſimilēq; ſuſcepturis influxū.

Memento uero cantū eſſe imitatorem oium potentiſſimū. Hic enim intētiones/affectioneſq; animi imitaĕ:& uerba:refert quoq; geſtus/motuſq; corporis/& actus hominū/atq; mores. Tamq; ue hemēter omnia imitaĕ/& agit: ut ad eadē imitāda/uel agenda/tū cantantē/tum audiētes ſubito ꝓuocet. Eadē quoq; uirtute quan do cæleſtia imitaĕ:hinc quidem ſpūm noſtrū ad cæleſtē influxū: inde uero ifluxum ad ſpūm mirifice prouocat. Iam uero materia ipſa concētus purior eſt admodū/cæloq; ſimilior q̄ materia medi cinę. Eſt.n. aer etiā hic quidē calens/ſiue repens/ſpirans adhuc/& quodāmodo uiuēs ſuis quibuſdā articulis artubuſq; cōpoſitus/ ſicut animal:nec ſolū motum ferēs/affectūq; præferēs: uerū etiam ſignificatū afferens quaſi mentē:ut animal quoddā aeriū/& ratio nale quodāmodo dici poſſit. Concētus igiĕ ſpū ſenſuq; plenus/ ſi forte tum ſecundū eius ſignificata:tum ſecundū eius articulos atq; formā ex articulis reſultantē:tū etiā ſecundū imaginationis affectū/huic ſyderi reſpōdeat/aut illi/nō minorem inde uirtutem q̄ quælibet alia cōpoſitio trahicit in cātantē:atq; ex hoc in proxi mum auditorē. Quouſq; cantus uigorē ſeruat/ſpūmq; canentis. Præſertim ſi cantor ipſe ſit natura phębeus: uehemēterq; habeat uitalem cordis ſpūm/atq; inſup animalē. Sicut.n. uirtus ac ſpūs naturalis/ubi potentiſſimus eſt/mollit ſtatim/ liquefacitq; alimē ta duriſſima/atq; ex auſteriſ mox dulcia reddit:generat quoq; ex tra ſe ſeminalis ſpūs ꝓductione propaginē:ſic uitalis/aialiſq; uir tus ubi efficaciſſima fuerit/ibi intētiſſima quadā ſui ſpūs ꝑ cantū/

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

tum conceptione agitationeq; in corpus proprium potẽter agit: tum effusione/mouet subinde propinquũ: afficitq; cum suũ/tum alienũ syderea quadã proprietate/quã tum ex ipsa sui forma: tũ ex electa temporis oportunitate cõcepit. Hac utiq; ratione orientales/ meridionalesq; multi præcipue Indi admirãdam ferunt in uerbis habere potentiã: utpote qui magna ex parte solares sunt: uimq; nõ naturalem dico/sed uitalẽ & aialẽ habent ferme omniũ potẽtissimã. Et quicũq; in regionibus aliis maxime sunt phębei.

Cantus autẽ hac uirtute/oportunitate/intentione cõceptus fer me nihil aliud est q̃ spũs alter nup penes spũm tuum in te cõceptus/factusq; solaris/& agens tũ in te: tum i proximum/potestate solari. Si.n. uapor & spũs quidã/aliquãdo per radios oculorum/ uel aliter foras emissus fascinare/ inficere/ aliterq; afficere ꝓximũ potest/multo magis id ualet spiritus ab imaginatione cordeq; simul uberior ꝓfluẽs & feruẽtior: motuq; ualẽtior. Vt nõ omnino mirum sit: morbos quosdam animi atq; corporis sic auferri posse aliquãdo: uel inferri. Præsertim quoniã spũs eiusmodi musicus ꝓprie tangit/agitq; in spũm: inter corpus aiamq; mediũ: & utrũq; affectione sua prorsus afficientẽ. Mirabilẽ uero in cõcitato canentẽq; spũ uim esse cõcedes: si Pythagoricis Platonicisq; cõcesseris/ cęlum esse spũm motibus tonisq; suis omnia disponentem. Memento uero totam ꝓcedere musicã ab Apolline. Atq; eatenus Iouem esse musicũ/quatenus est cũ Apolline concors. Venerẽ insup & Mercurium musicã uicinitate Apollinis reportare. Item ad hos quattuor dũtaxat attinere cõcentus. Tres uero reliquos uoces quidem habere non cantus. Iam uero uoces/tardas/graues/raucas/querulas Saturno tribuimus. Marti uero cõtrarias/ueloces/ acutasq;/& asperas/& minaces. Medias uero Lunæ. Concẽtus aũt Ioui quidẽ graues/& intentos/dulcesq;/& cũ cõstãtia lętos. Cõtra Veneri cum lasciuia/ & mollitie/uoluptuosos cãtus adscribimus. Inter hos uero medios Soli tribuimus & Mercurio. Si una cũ gratia suauitateq; sũt uenerabiles/& simplices/ & intenti/ Apollinei

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

iudicantur. Si una cū iucūditate remiſſiores quodāmodo ſūt: ſtre nui tamē atq; multiplices/ Mercurialeſ exiſtūt. Tu igiť horū quat tuor unūquēq; cātibus tibi ſuis cōciliabis: pręſertī ſi cōperētes cā tibus ſonos adhibeaſ/ adeo ut cū eorū more oportune canēdo/ & ſonādo clamaueris/ reſpōſuri ꝓinus uideanť: uel iſtar Eccho: uel ſicut corda quædā ī cithara tremēs: quotiens uibrať altera/ tēpara ſimiliter. Atq; ut uult Plotinus & Iamblicus ita naturaliter id tibi cōtinget e cęlo: quēadmodū uel ex cithara reboatus: ſiue tremor: uel ex oppoſito pariete fit Eccho. Profecto quotiēs ex frequenti quodā uſu/ harmonię Iouiæ/ uel mercurialis/ uel uenereæ/ factę ui delicet his regnātibus/ ſpūs tuus ad hoc ipſū attentiſſime canēs/ harmonięq; cōformatus euadit Iouius/ uel Mercurialis/ uel Vene reus: Interea Phębeus euadit: ſiqdē Phoebi ipſius muſicæ ducis uirtus in ōi cōſonātia uiget. Atq; uiciſſim ex cātu ſonoq; phębeo ipſe phębeus euadēs/ uirtutem Iouis interī tibi uēdicas/ & Vene ris/ atq; Mercurii. Rurſuſq; ex ſpū ſic intus affecto/ ſimiliter afficis animā atq; corpus. Memēto uero orationē apte/ & oportune com poſitam/ & affectu ſenſuq; plenā/ atq; uehementē/ ſimilē cantibus uim habere. Quantā in orādo potētiā Damis & Philoſtratus ha bere ſacerdotes quoſdā indos narrēt/ referre non expedit: nec ēt q bus uerbis Apolloniū euocaſſe manes Achillis affirmēt. Nō. n. lo qmur nūc de numinibus adorādis: ſed de naturali quadā poteſta te ſermonis/ & cātus/ atq; uerborū. Eſſe uero phębeā medicāq; ī ſo no/ & eo qdē certo potentiā: ex eo patet: q q in apulia tacti pha langio ſūt: ſtupēt oēs ſemiaieſq; iacēt: donec certū qſq; ſuūq; ſonū audiat. Tūc. n. ſaltat ad ſonū apte: ſudatq; inde/ atq; cōualeſcit. Ac ſi poſt ānos. x. ſimilē audiuerit ſonū/ ſubito concitať ad ſaltū. So num uero illum ex indiciis eſſe phębeū Iouialēq; cōniicio.

Qūo ſeptē modis nos cæleſtibus accomodare poſſumuſ: & qbus Saturnus ſit maleficus: qbus ꝓpitius: quos Iupiter a Saturno de fendat: qūo cęlū agat in ſpūm & corpus & aiam Cap xxii

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

Quoniam uero cęlum eſt harmonica ratione cõpoſitum / moueřq; harmonice/& harmonicis motibus atq; ſonis efficit omnia: merito per harmoniã ſolã/nõ ſolũ homines: ſed ife riora hæc omnia pro uiribus ad capienda cæleſtia pręparanť. Harmoniã uero capacem ſupiorũ p ſeptẽ renũ gradus i ſupioribus diſtribuimus. Per imagines uidelicet (ut putãt) harmonice cõſtitutas: Per medicinas ſua quadã conſonãtia tempatas: Per uapores odoreſq; ſimili cõcinnitate confectos: Per cantus muſicos/atq; ſonos: Ad quorum ordinẽ/uimq; referri geſtus corporis ſaltuſq; & tripudia uolumus. Per imaginationis cõceptus/motuſq; concinnos: per cõgruas rationis diſcurſiones: per trãquillas mentis cõtemplationes. Sicut.n. corpus per harmoniã quotidie ſuam id eſt per ſitum/& habitũ/& figuram oportune lumini caloriq; ſolis exponimus: ſic & ſpũm occultis ſtellarũ uiribus compandis: per ſuam quãdam ſimilem harmoniã/imaginibus/ut opinanť/& certe medicinis/odoribus harmonice cõpoſitis compatã. Et deniq; per ſpũm ſuperis ita paratum/ ut ſæpe iam diximus/ animam eisdem exponimus atq; corpus. Animã inquã quatenus affectu ad ſpũm iclinatur/& corpus. In anima uero nũc imaginationẽ/ rationem mentem ponimus. Poteſt utiq; imaginatio noſtra uel propter qualitatem/motũq; ſpũs: uel per electionem noſtrã: uel etiam utrinq; ita diſponi/componi/cõformari Martij/ Soli ue/ ut ſit e uestigio propriũ influxus Phębei uel Martii ſuſceptaculũ. Similiter ratio/uel p imaginationẽ ſpũmq; ſimul/uel p deliberationem/uel utrinq;/ſic ad Iouẽ imitatione quadã compare ſe poteſt: ut multo magis ob dignitatẽ ppiqtatẽq; ſuã ipſa Iouẽ capiat/& munera Iouis q̃ imaginatio/ſiue ſpũs: quẽadmodũ imaginatio ſpũſq; eadẽ tõe multo magis cęleſtia capiũt/q̃ res/& materię queuis iferioreſ. Mens deniq; cõtẽplatrix quatenus ſe ipſã nõ ſolũ ab his quę ſentimus: uerũ ẽt ab eis quę imaginamur cõiter moribuſq; argumẽtamur humanis/ſeuocat/& affectu/intentione/uita ad ſepara ſe reuocat: Saturno quodãmodo ſe exponit. Huic ſoli ppitius eſt Satur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

nus. Sicut .n. Sol aĩalibus qdē nocturnis inimicus eſt/ diurnis ãt eſt amicus: ita Saturnus hõibus/ uel uulgarē palã uitã agentibus uel fugiẽtibus qdē uulgi cõſuetudinē: uulgares tamē affectus/nõ dimittẽtibus/eſt aduerſus. Vitam nãq; cõmunē cõceſſit Ioui: ſepa tam uero ſibi uẽdicauit atq; diuinã. Mẽtibus aũt hominũ re uera hinc pro uiribus ſegregatis/ tanq̃ ſibi cognatis quodãmodo eſt amicus. Nam & ſpiritibus ſublimẽ habitantibus aerem ipſe Satur nus (ut Platonice loquar) eſt pro Ioue: ſicut Iuppiter hominibus cõmunem agẽtibus uitam/eſt iuuãs pater. Nullis uero Saturnus eſt infenſior: q̃ hominibus contemplatiuam uitam ſimulãtibus quidẽ/nec agentibus. Hos .n. nec Saturnus agnoſcit/ut ſuos: nec Iuppiter ipſe Saturni temperies adiuuat eos: qui cõmunes homi num leges/moreſq;/& cõmertia fugiunt. Hęc .n. ſibi Iuppiter ufur pauit: (ut aiunt) ligato Saturno. Segregata Saturnus. Quamob rem Lunares illi populi/quos Socrates in Phedone deſcribit/emi nentiſſimã terrę ſupficiem/& altiorẽ nubibus habitantes/uiuẽtes ſobrii admodum/ frugibuſq; contenti/& ſecretioris ſapientiæ ſtu dio religioniq; dediti/ Saturni fęlicitatem guſtant: uitamq; agũt ita pſperam/tam longęuã: ut non tam mortales homines/q̃ imor tales Dęmones habeanẽ. Quos hẽroas multi nominant/aureũq; genus Saturnio quodam ſęculo regnoq; gaudens. Quod forſan aſtrologos arabes uoluiſſe puto. Vbi aiũt ultra lineã equinoctia lem ad meridiẽ eſſe ſubtiliſſimos habitatores quoſdã Dęmonas: qui nec oriri uideanẽ/neq; mori. ibiq; poteſtatem habere Saturnũ caudãq; draconis. Quod ſane cõfirmare uidẽ Albumaſar ĩ libro Sadar dicens quaſdã indię regiones Saturno ſubiectas eſſe: ibiq; homines eſſe ualde longæuos/ac ſenio plurimũ extremo decede re. Rationemq; aſſignat: quoniã Saturnus nõ lędat domeſticos: ſed externos. Tu uero poteſtatẽ Saturni ne negligas. Hunc .n. ferunt Arabes omniũ potẽtiſſimũ. Planetas ſane uires eorũ ſubi re/ad quos accedunt. Oẽs uero ad eũ accedere potius q̃ uiciſſim. Planetaſq; coniunctos illi/natura illius agere. Eſt enim ipſe inter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

planetas orbis ampliſſimi caput. Quilibet ſane planeta ſui orbis caput eſt/& cor/& oculus. Saturnus item ſtellis ꝓximus eſt innumeris: Primoq; mobili q̄ſimillimus: lōgum agit circuitum. Eſt altiſſimus planetarum. Vnde fęlicem eum uocant: Cui ille fęliciter aſpirauerit. Et q̄uis eū rāq̄ a cōmuni uita hominū alienū/plerūq; maxime uereanť/placari tamen etiā cōmuni uitæ putār: ſi quādo plurimā in aſcendēte poteſtatē dignitatemq; habuerit: aut Iuppiter eū ſuus fęliciter aſpexerit: uel in ſuis finibus excellenter acceperit. Alioqn influxus illius importune ſuſceptus ī materia præſertim craſſa/fit quaſi uenenum: Sicut & ouum putrefactione uel aduſtione fit uenenoſū. Vnde naſcunť uel euadunt īmundi qdā ignaui triſtes inuidi: Dęmonibus immundis expoſiti. Quorum cōmertiū ꝓcul effugito. Nā Saturni uenenum alibi qdē ſopitū later/ceu ſulphur a flāma remotum. In uiuētibus uero corporibus ſæpe flagrat/atq; ut ſulphur accenſum nō conburit ſolum/ ſed uapore etiā noxio oīa circūimplet/atq; inficit propinquātes. Cōtra influxum eius hominibus cōmuniter ꝓgrinum & quodāmodo diſſonum nos armat Iuppiter/tum naturali qualitate ſua: tum alimentis/medicinisq; certe ſuis/atq; (ut putant) etiam imaginibus tum etiā moribus/negociisq; & ſtudiis/ atq; rebus ad ipſum proprie ꝓtinentibus. Noxiū uero influxū Saturni effugiūt/ſubeūtq; propitium: nō ſolū q ad Iouem confugiunt: ſed etiā qui ad diuinam contēplationem ab ipſo Saturno ſignificatam/ tota mēte ſe conferūt. Hoc.n. pacto malignitatem fati deuitari poſſe Chaldei & Aegyptii atq; Platonici putant. Cum.n. cæleſtia nolint eſſe corpora uana: ſed diuinitus animata: atq; inſuper mentibus recta diuinis/nimirū illinc ad homines non ſolū q̄plurima ad corpus/& ſpūm ꝓtinentia: ſed multa etiā bona quodāmodo in aīam redundāria proficiſci uolunt: nō a corporibus in aīam/ ſed ab animis. Magis aūt hæc pluraq; eiuſmodi a mētibus ſupioribus cęlo profluere. Inter hæc ſi rōnes oēs aſſignare uolueris/ quibus adductus Moſes ociū ſabbati mādauit hebreis: forſam ultra ſublimio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

rem/ſecretioremq; allegoriam inuenies Saturni diem/ actionibus ciuilibus bellicisq; ineptū/ contẽplationibus aptū: eoq; die diuinum cõtra diſcrimina patrocinium obſecrandū. Quod quidẽ impetrari poſſe aduerſum Martis & Saturni minas Habraham & Samuel/& plures hebreorũ aſtrologi/ eleuatione mẽtis in deum quotiſq; & ſacrificiis confitenť: preceptū illud chaldeum confirmãtes ſcilicet ſi mentẽ ad pietatis opus ardentẽ erexeris: corpus quoq; caducum ſeruabis. Cõſideratu dignum eſt illud Iamblichi: Cæleſtia mundanaq; numina uires quaſdã in ſe ſuperiores/ nõnullas inferiores habere. Per has quidẽ effectibus nos fatalibus deuicire: per illas aũt uiciſſim ſoluere nos a fato: quaſi claues ut inquit Orpheus ad aperiendũ habeant & claudendũ. Multo igitẽ magis diuinitas mũdo ſuperior a fatali neceſſitate nos redimit. Exploratu quoq; digniſſimum eſt hebraicũ illud in mactãdis animalibus rebuſq; noſtris ſacrificio diſſipandis mala cęlitus imminẽtia a nobis ad noſtra deflecti. Sed hęc Pico noſtro exploranda relinquimus.

Deniq; ubicunq; dicimus cęleſtiũ ad nos dona deſcẽdere: intelligetum corporum cęleſtium dotes in corpora noſtra uenire per ſpũm noſtrum rite paratũ: tum eadem/ prius etiã per radios ſuos influere i ſpũm naturaliter: uel qũocũq; illis expoſitum: tum etiã aiarum cæleſtiũ bona/ partim in eundẽ ſpũm p radios ꝓſilire/ atq; hinc in noſtros aios redũdare: partim ab ais eorũ uel ab angelis i aios hõium illis expoſitos ꝓuenire. Expoſitos inq̃ nõ tã naturali quodã pacto/ q̃ electione arbitrii liberi uel affectu. Sũmari uero qcũq; uoto/ ſtudio/ uita/ moribus beneficẽtiã actionẽ ordinẽ cęleſtiũ imitanť: eos exiſtimato tanq̃ ſupnis ſimiliores: ãpliores illíc dotes accipe hõies aũt artificioſe cęleſtiũ diſpoſitioni diſſimiles/ atq; diſcordes/& clã eſſe miſeros: & deniq; palã infęliceſ euadere.

Vt proſpere uiuas agaſq;: imprimis cognoſce ingenium: ſydus: genium tuum: & locum eiſdem cõuenientẽ. hic habita. Profeſſionem ſequere naturalem. Cap. xxiii.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

q Vicunq; ſanæ mẽtis ſuiq; cõpos naſciẽ/ eſt a cęlo ad ho neſtum aliquod opus & uitæ genus naturaliter inſtitu tus. Quiſquis igiẽ cęlum optat habere propitium: hoc opus: hoc genus ĩprimis aggrediatur: hoc ſedulo proſequaẽ. Cę lum. n. ſuis fauet inceptis. Ad hoc ipſum uero præceteris es natu ra factus: quod primum a teneris annis agis/ loqueris/ fingis/ op tas/ ſõnias/ imitaris/ quod rẽtas frequẽtius/ quod facilius pagis/ quo ſũmopere proficis/ quo præcęteris delectaris: Quod relinqs inuitus. Hoc eſt ſane ad quod te cęlum/ rectorq; cęli genuit. Eate nus igitur tuis fauebit inceptis: & aſpirabit uitæ: quatenus geni toris ipſius auſpicia ꝓſequeris. Præſertim ſi uerũ ſit Platonicum illud/ in quo tota cõſentit antiqtas/ Vnicuiq; naſcenti eſſe Dęmo nem quendã uitæ cuſtodẽ ipſe ſuo ſydere deſtinatum. Qui & ad hoc ipſum officium adiuuet: cui naſcentẽ cęleſtia deputarũt. Qui cunq; igiẽ ꝓ argumenta quæ modo diximus ſuũ ingeniũ ꝓſcruta tus: ita naturale ſuum opus inueniet/ inuenerit ſimul ſuũ ſydus & Demonem. Quorum exordia ſequẽs/ aget proſpere/ uiuetq; fę liciter. Alioqn & fortunã expietur aduerſam/ & cęlũ ſentiet inimi cum. Duo igiẽ ſunt præcæteris hominum ifortunatorũ genera: Alterũ eorum qui nihil profeſſi/ nihil agunt. Alterũ eorũ/ qui pro feſſionem ingenio alienã ſubeũt: genioq; cõtrariã. Illi quidẽ igna uia torpent: interim ad actiones incitãte cęlo ſemꝑ agẽte. Hi dũ aliena a patronis cæleſtibus agunt/ fruſtra laborant ſupnis deſti tuti patronis. Primum quidẽ antiquo prouerbio confirmaẽ. Dei adiuuant facientes: ignauis aũt infenſi ſunt. Secundũ prouerbio ſimili. Nihil agas inuita Minerua. Ob hanc arbitror rõnem Iouẽ in Pythagoricis carminibus obſecrari: ut uel ipſe tot malis leuet genus humanum: uel ſaltẽ quo duce dęmone utamur/ oſtendat.

Proinde opę pretium fuerit indagare: ad quã potiſſimum regio nem habitandã & excolendã te tuũ ſydus/ Dęmonq; tuus ab ini tio deſignauerit. Ibi. n. magis aſpirant. Ea uero eſt/ ĩ quam primũ profectus/ ſpũs tuus quodãmodo recreatur/ ubi ſenſus uegetior

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

permanet: ubi corporis habitudo ualidior: Vbi magis pleriq; fa
uent: ubi uota ſuccedunt. Hæc igit̃ experire. Hanc regionẽ elige.
Hanc cole ꝑficiter. Hinc uidelicet diſceſſurus infelix: niſi & redi
turus/& ad ſimilia ꝓgas. Sed interea frequẽtibus in hac regione
motibus te exerce: giroſq; quoſdã cęleſtiũ iſtar agito. Motu. n. cir
cuituq; eiuſmodi genitus ſimilibus cõſeruabere. Quãtũ prætera
ad habitationẽ ꝓtinet/utiliter recordabere: Sicut alimẽta uitæ ne
ceſſaria rus quidẽ urbi ſuppeditat/urbs uero conſumit. Sic & ipſã
uitam ruſticatione frequẽti/ubi tedium te minime coeperit/pluri
mum augeri. Sed urbano cũ ocio tum negocio cõteri. Quantũ ue
ro ad habitationẽ ſimul/& profeſſionẽ ſpectat/illud orientalium
aſtrologorũ minime cõtemnendũ: uidelicet mutatione nominis/
profeſſionis/habitus/uictus/ loci/cæleſtẽ influxum nobis tum ĩ
melius tum in deterius ꝓmutari. Dęmones quoq; uel cõmutari:
uel ad eoſdẽ aliter hic/& alibi nos habere/Platonici iudicabunt.
Demonẽ uero uniuſcuiuſq; cuſtodẽ aſtrologi cũ Platonicis gemi
nũ eſſe poſſe cõſentiũt: alterũ quidẽ genituręꝫ propriũ: alterũ uero
profeſſionis. Et quotiẽs profeſſio cum natura cõſentit/ eundem
utriuſq; Dęmonẽ: uel certe ſimillimũ nobis adeſſe: uiramq; inde
noſtram magis ſecũ fore cõcordẽ/atq; tranquillã. Sin autẽ ꝓfeſſio
diſſidet ab ingenio/Dęmonẽ acquiſitũ arte/ eſſe a genio naturali
diſcordẽ: uirãq; laborioſam atq; ſollicitam. Qualis aũt unicuiq;
Dęmon ab ipſa generatione præſit cupientibus inuenire/Porphy
rius regulam inueſtigat ex planeta domino genituræ. Iulius Fir
mius planetã genituræ dominũ eſſe inqt: uel eũ/ q plures illic ha
beat dignitateſ: uel ex firmiori ſentẽtia potius/ eum cuius domi
cilium mox petitura ſit Luna poſt ſignũ/quod homine naſcente
iam tenet. Sed Dęmonẽ non eadẽ regula putat iueſtigãdum. Ve
rum ex Chaldeorũ opinione a Sole potius aut Luna. A Sole qui
dem ad Lunam ĩ natiuitate diurna/ a Luna uiciſſim ad Solem in
natiuitate nocturna. Vt computato iter hæc iteruallo æquale ſpa
tium ꝓgas ab aſcendentis gradu deſcendens: & in quẽ terminũ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

deſinis aĩaduertas. Cuius.n.ſtellæ eſt ille terminus: eiuſdem eſſe
Dęmonẽ arbitrantẽ. Sũmatim uero a domino geniturę ſimul atq;
Dęmone tenorẽ uitæ/fortunãq; ppendere ſolẽt. Fortunã adiũxi:
quoniã nõnulli partẽ fortunę/eadẽ ferme cõputant rõne. Opta
bant ueteres ſuũ ad ſe Dęmonẽ ab aliquo cęli cardine deſcẽdiſſe:
Ab oriẽte uidelicet uel occidẽte uel medio utrinq; cęlo. Aut ſaltẽ
ab undecima uel qnta plaga. Vndecima qdẽ medio ſupra caput
noſtrũ cęlo ſuccedit: ac bonus Dęmon cognominaẽ/& aſcendẽtẽ
ab oriente gradũ aſpicit ex ſextili. Quinta uero cęlo antipodum
medio ſuccedit/appellaẽq; bona fortuna/& aſcẽdentẽ gradũ con
tueẽ ex trino. Optabãt tertio loco Dęmonẽ ſi modo a cadẽti pla
ga uenerit ſaltẽ/uel a nona ueniſſe/uel a tertia. Nona.n.appellaẽ
Deus: tertia uero Dea. Et illa aſcẽdentẽ gradum ex trino hęc aſpi
cit ex ſextili. Cadentes uero duodecimã/atq; ſextã exhorrebant.
Illã ſane malũ Dęmonẽ: hanc malã fortunã cognominãtes. Nos
aũt optare præterita ſupuacuũ arbitrati/ monemus eaſdẽ plagas/
quas illi p Dęmonibus fortuniſq; optabant/ obſeuati pro plane
tis & ſtellis ad opus efficiendũ accomodãdis: ut uel ſint in angu
lis/aut in duabus quas diximus ſuccedentibus: aut ſaltẽ in dua
bus dũtaxat cadentibus/quas antea noſauimus. Neq; enĩ ab re
Solem nona gaudere dicunt: Lunã tertia: Iouem undecima: Vene
rem uero qnta. Hę nãq; gradũ conſpiciũt aſcendẽtem. Sed redea
mus ad inſtitutũ. Siue igiẽ ab illa quã in ſupioribus narrabã ex
perięntia/diligẽtiaq;: ſiue ab hac arte/quã modo recenſui/primũ in
ueſtigemus naturæ Dæmoniſq; inſtinctũ: infortunatũ eſſe cẽſebi
mus/qui officiũ nullũ profiteẽ honeſtũ. Nã & ducẽ pfeſſionis re
uera nõ haber/q opus honeſtũ non aggrediẽ: Et ducẽ naturalem
uix ullũ haber: Quoniã ſtellarũ Dęmonũq; ſiue angelorũ ducum
diuinitus ad cuſtodiã diſpoſitorũ officiũ eſt agere ſemp/ & excel
lenter/atq; latiſſime. Infortunatũ inſup eũ/ut ſupra diximus/ qui
pfeſſione naturę cõtraria: diuerſũ a genio ſubit Dęmonẽ. Memẽ
to uero p dignitate pfeſſionũ digniores gradatim accipi Dęmo
nes ſeu mauis angelos atq; ĩ gubernatiõe publica/ ẽt digniores.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

Posse uero arte uitęq; tenore accipi genio/& ingenio nō cōtrariū/ neq; lōge diuersū:er si ad excellētiora ꝓcesseris. Memēto rursus familiaritatē eorū inire:qbus gratię cęlestes afflāt. Quod ex bonis ai/corporis/fortunæ ꝓpēdes. Sicut.n.odor ex musco:sic ex bono boni nō nihil exhalat in ꝓximū/ac sæpe ꝓfluerat ifusū. Mirificus. ār foret cetus triū felicitū uel duorū inter se mirabiliter redundantiū. Memēto denicq; effrenatos/& ipudētes/& malignos/acifelices ꝓcul fugere. Hi nāq; malorū pleni demonū/ uel radiorū/malefici tū/& tanq̄ leprosi pestilētesq; nō solū tactu nocēt:sed ꝓpinquitate ēt & aspectu. Sane ꝓpinqtas ipsa corporū aiatorū putaꝫ esse cō tactus:ꝓp efficacē uaporū exhalationē foras a calore/spū/affectu/ manantē·Maxime uero pestilēs erit flagitiosorū familiaritas atq; crudelitū: si uerū fuerit:post uegetalē uitā mēse Iouis.i.secūdo nobis infusā/deiceps mēse Martis.i.tertio sensualē aiam infūdi ꝓturbationibus mācipatā. Sic.n.q ꝓturbatione ferunt/martis pleni/ martiali cōtagione ꝓpinquos ificiūt. Cōtraria uero rōne cōsueudo frequēs cōtiguūq; cōmertiū cū felicibus excellētibusq; ut dixi mus ꝓdesse mirifice cōsueuit. Apollonū rheaneū ferūt/ epheſi de prehēdisse senē:sub cuius figura lateret Demon/q sola pręsentia totā ciuitatē peste contaminabat. Quantū uero Socrates multis præsentia sola profuerit/ Xenophon & Plato testantur.

Qua rōne litterati cognoscant ingeniū suū: sequanťq; uictū spūi consentaneum. Cap. xxiiii.

Quoniam uero litteratū studiosis loquor/recordari unū quenq; uolo litterarum amore captum imprimis se esse Mercurialē:Prętera Solarem quatenus ipse Mercurius est Solaris. Atq; hęc cōmunis his omnibus est conditio. Proprie uero præter naturam Mercurialē quisq; eloquii gratia/ lepore/dignitate/uenustate pollet/ Apollinem in se agnoscat/& Venerem. Qui ad leges uel naturalē cōmunēq; philosophiam est ꝓpensior/ nō ignoret Iouem se habere patronū. Sed q ad secretissima quæq; curiosius ꝓscrutāda penitus instigaťsciat se non Mercurialē solū

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

eſſe. Sed Saturnium. Sub cuius etiã principatu ſunt omnes ĩ quo uis ſtudio uſq; ad finem ſeduli: præſertim ĩ rebus aliis negligentes. Deniq; ſi uerum eſt quod nonnulli tã phyſici q̃ aſtronomi tradunt/animã intellectu prædităm in conceptũ humanũ menſe Solis ideſt quarto deſcẽdere: qui plurimũ intellectu uiuũt/ & ab initio ſunt præcipue & quotidie ſolares euadunt. Horũ itaq; planetarũ fauor his hominibus auſpicãdus erit. Sub eorũ ſpiraculo medicinæ cõflandæ. In eorũ regionibus habitandũ. Verũ ad Apollinẽ muſarũ ducem ĩprimis uos o litterati muſarum cultores aduoco. Quicunq; igitur inter uos dilectiſſimi ĩ muſarũ amore fratres/ ingenio multo magis/longiuſq; q̃ corpre ualẽt/ii profecto ſciant in genitura quondã ſua phębẽ quidẽ materiã ſuppeditaſſe ppaucã: Phębeũ uero ſpũm infudiſſe q̃plurimũ. Immo & quotidie humores alimẽtaq; in corpore in ſpũm maxima quadã ex parte reſolue re. Vnuſq̃ſq; igiẽ ueſttũ totus eſt ferme ſpũs. Spiritalis inq̃ homo quidã terreno hoc corpuſculo pſonatus. Spũm ante alios perpetuo quodã labore fatigãs: ut ipſi pręçeteris ſit aſſidue ſpũs recreãdus: & in ſenectute præterea in qua cõmuniter euadit craſſior/ad ſubtilitatẽ propriã reuocãdus. Scitis pfecto craſſũ corpus craſſis elemẽtis quattuor ali. Scitote igitur ſpiritale corpus ſuis quibuſdam tenuibus elementis quattuor enutriri. Huic. n. uinũ eſt pro terra. Odor ipſe uini uicẽ gerit aquæ. Cãtus rurſum & ſonus agit aerem. Lumen autẽ pręfert igneũ elementum. His ergo quattuor præcipue ſpiritus alitur/uino inq̃/eiuſq; odore/& cantu ſimiliter atq; lumine. Sed neſcio quomodo ab Apolline primũ exorſi incidimus mox in Bacchum. Et merito quidẽ a lumine ꝑuenimus in calorem: ab ambroſia in nectar: a ueritatis intuitu in ardentẽ ueritatis amorẽ. Fratres certe ſunt indiuiduiq; comites phoebus atq; Bacchus. Ille qdẽ duo potiſſimũ uobis affert/lumẽ uidelicet atq; lyrã. Hic itẽ præcipue duo/uinũ odorẽq; uini ad ſpũm recreandũ. Quorũ uſu quotidiano ſpũs ipſe tandẽ Phębeus euadit/& liber. Quãobrẽ ita uos ad excipiendũ Solis lumen quotidie compare/

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

ut quatenus deuitata deſtillatione quadam/& exſiccatione fieri poteſt/frequẽtiſſime ſub luce uiuatis: ſaltẽ in cõſpectu lucis/tum eminus/tũ cominus/tũ recti/tũ apti ad uſũ ubiq; ueſtrũ uitalẽ Solis potentiã tempantes: atq; igne referẽtes ĩ nocte Solem: citharæ cantuſq; interim nõ obliti. Spirate uero ſemp & uigilantes & dormiẽtes aerẽ uiuũ/aerẽ luce uiuentem. Similiter habere uos oportet ad merũ Bacchi donũ Apollinis beneficio ꝓcreatũ. Eadẽ igiẽ proportione qua lumen/accipite uinũ. Abunde qdem quatenus nec deſtillatio/ nec exſiccatio/qualem dixi ebrietas ue cõtingat. Atq; præter ſubſtantiam uini quotidie bis acceptam/odorẽ eius frequẽtius haurite/partim quidem os/ ubi ſpiritus fuerit recreandus/colluentes mero: partim lauantes eodem manus: partim natibus & temporibus admouentes. Satis iam fratres collocuti ſumus: ſatiſq; cõbibimus. Ergo Valete.

Aſtronomica diligentia in liberis procreandis. In pręparandis epulis. In edificiis & habitatione/atq; ueſtibus: & q̃tũ curare talia liceat. Cap. xxv.

ſ Ed iuuat etiã parũper alloqui ſeuerũ religionis antiſtitẽ. Dic age quid nã in aſtrorũ uſu dãnas Antiſtes? Quicqd inquies arbitrio noſtro detrahit: qcqd unius dei cultui derogat. Eadẽ ego tecũ non damno ſolũ: ſed etiã ualde deteſtor. Exſecraris qnetiã ſcio/atq; ego inſup perhorteſco nõnullos/qui cum Deũ exoratũ uolũt/ ad Iouẽ in medio cęlo uaſtũ illud draconis caput ſubeuntem tã miſeri q̃ ſtulti confugiunt/ab ipſo uidelicet dracone/q quondã e cęlo coruit/tertiã ſtellarum partẽ ſecũ trahens/deniq; deuorãdi. Verũ cõcedes ne/contractibus/matrimoniis/colloqis/itineribus/ſimilibuſq; opibuſ pagẽdis/horaſ opportunas eligere? Nõ facile te his aſſenſurũ uideo: neſcio qd arbitrio metuentẽ. Ego igiẽ/& ſi theologus ille magnus Albertus iſta dabit. Et rõ qnædã forte dictabit: p electionẽ ipſã ad arbitriũ ptinẽ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

rem/cęleſtia ita prudentiæ noſtræ uſui ſubici/quẽadmodũ herbæ medico ſubminiſtrãt: tibi tamẽ potius ípræſentia credam. Et q̃ tu difficile nũc ea ꝓmittis: tã facile ipſe dimittã. Obſeruationes uero lunę ideoq; aliarũ ſtellarũ ad morbos curãdos: & idcirco ad remedia præparanda iãdiu (ut arbitror) ꝓmiſiſti. Conceſſum quoq; abſte/& inſuꝑ approbatũ/creſcente luna/eadẽq; aucta lumine/nec aliũde ífortunata/ſeminibus agros ſpargere/uites oleaſq; ſerere.

Cur nõ igiť ad plãtandũ (ut cynice loquar) hominẽ utamur beneficio Lunę Iouiſq; & Phębi? Nã Veneris q̃dẽ ad hęc officio ſemper utimur: Sed rectius modo dixiſſem/ſemꝑ utunť: nã ipſa mihi Venus eſt Diana. Quid itẽ de uictu dicemus? Nõ ne licebit/& proderit ſub fęlici ſydere/tũ autumno uinũ/ tum ídies panẽ epulaſq; cõficere? Ac ſi nequeamus i his præparãdis aſpectus ſyderũ expectare: expediet ſaltẽ adſcẽdẽtes accipe/ uel aliter angulares/ Solem/Iouem/Venerẽ/atq; Lunã. Sic. n. oia q̃bus utimur/ fęliciter affecta cęlitus/fęliciter nos afficiẽt. Hactenus te uideo abſq; cõtrouerſia conceſſurum: niſi forte dicas/ita uitã noſtram nihil fore aliud q̃ ꝓpetuã ſeruitutẽ. Ad hæc ego ſubiciã: fruſtra mortales cumulãdis pecuniis & honoribus ſeruituros/ quibus ſunt ꝓpetuo mãcipati: niſi interim diligẽtia phyſica dies uitæ ſibi plures accumulent. Aut igiť ſoli deo ſeruiant/ quod quidem eſt potiſſimũ: aut ſi cui præterea ſeruituri ſunt/ uitę tũ ualidæ/tũ lõgæ potius q̃ pecuniis honoribuſq; uanis indulgeãt. Concordes ergo ſumus.

Sed nũq̃d uel domos fundabũt temere/uel ifauſtas habitabũt? Vbi cõtagioſa quædã calamitas edificii ferme ſicificit habitantẽ/ ut uenenoſus peſtilẽtiæ uapor/ẽt ad bienniũ in pariete ſeruatus. Qualis ẽt ex epidimia latẽs in ueſte/ diu poſtea utentẽ inficit incautũ/atq; ꝓdit. At poſtq̃ hicí ueſtiũ incidimus mẽtionẽ/ phibebis ne pie paterí ueſte cõficiẽda/uel primũ induẽda ſpiraculũ Veneris diligẽter aucupari: Quo quaſi Venerea facta ueſtis: ſimiliter proſpera quadã corpus/& ſpiritum afficiat qualitate. Non ne medici uetant uulpium pelles? Agninas probant? Non aliter forte

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

ſydus ídies quaſi naſcẽtes ueſtes afficit/q̃ ſemel ab initio natas. Veſtes quidẽ & cętera artis opera certã a ſydere qualitatẽ accipe Thõmas Aqnas i libro de fato confirmat. Tu igit̃ affirmabis. Infectas uero ueſtes/utentẽ inficere/etiã teſtis eſt ſcabies atq; lepra. Deniq; ſi populi uitę conſulis (ut opinor) iſta pmittes. Atq; ego permiſſione tua cõſulã obſeruanda. Sin aũt eiuſmodi moribũdæ uitæ curã/non iprobas quidẽ/ſed negligendã mones: ego quidẽ negligo: melioris uitæ fiducia fretus: cęteriſq; ſimiliter cõſulo faciendum. Vale.

Qũo per inferiora ſupioribus expoſita deducantur ſuperiora:& p mundanas materias mũdana potiſſimũ dona. Cap.xxvi.

Sed ne longius digrediamur ab eo/ quod interpretantes Plotinum inſtituimus ab initio/ breuiter ita colligе. Mũdus ab ipſo bono/ ut Plato una cũ Timeo Pythagorico docet q̃ optimus effici poterat/eſt effectus. Eſt igit̃ nõ ſolũ corporeus:ſed uitæ inſup & intelligentiæ particeps. Quãobrem præter corpus hoc mũdi ſenſibus familiariter manifeſtũ/ latet i eo ſpũs corpus quoddã excedens caduci ſenſus capacitatẽ. In ſpũ uiget anima:in aĩa fulget intelligẽtia. Atq; ſicut ſub Luna nec miſcetur aer cum terra/niſi p aquã:nec ignis cũ aqua:niſi p aerem:ſic in uniuerſo eſcã quædã/ ſiue fomes ad aĩam corpori copulandã/eſt ille ipſe quẽ ſpũm appellamus. Anima quoq; fomes qdam eſt i ſpũ/ corporeq; mũdi/ad intelligentiã diuinitus cõſequendã. Quẽad modũ ſũma quædã in ligno ſiccitas ad penetraturũ oleum eſt parata. Oleum huic ibibitum/ pabulũ eſt ad ignem. Ad calorẽ dico proxime. Calor ipſe luminis eſt uehiculũ: ac ſi lignũ hoc eiuſmodi ſit/ut igne præſente fulgeat/nõ uraṫ:qualia quãdoq; uidimus iam hoc exemplo uidebimus: utrũ uel homo: uel aliud quiddã ſub Luna/certis qbuſdã præparamẽtis: partim qdẽ naturalibus: partim arte quæſitis/uitalia: atq; etiã forte intellectualia quędam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

bona oportune quodãmodo deſuper accipere poſſit. Verũ quod hic ad religionem ſpectat diſcutiemus alibi: ubi Plotinus in me diũ hæc adducet. Quod uero ad naturales ſpectat influxus/qua leſcunq; ſint deſup ueniẽtes: ſcito eos in nobis materiiſq; noſtris ita demũ per artẽ comparari poſſe: quãdo fomẽta nobis noſtriſq; ad illoſ natura ſubgeſſerit: cęlumq; ad eoſdẽ oportunius cõſpira uerit. Non ne in ipſo fętu natura fętus ipſius artifex: cum certo quodã pacto corpuſculum affecerit/figurauerit q;/hoc ipſo ſtatim præparamẽto/uelut eſca quadã ſpũm ab uniuerſo deducit? Perq; hunc uelut fomitem: uitã haurit/atq; aiam? Ac deniq; p certã ani mæſpeciem diſpoſitionẽq;/corpus ita uiuens dignum eſt prędentia mentis tandem donaræ diuinitus. Vbiq; igiť natura maga eſt/ut inqt Plotinus/atq; Sineſius/uidelicet certa quædã pabulis ubiq; certis ineſcans: non aliter q̃ centro terræ grauia trahens: Lunæ concauo leuia: Calore folia: humore radices: cęteraq; ſimiliter. Quo quidem attractu ſecum ipſo deuinciri mundum teſtanť ſapientes Indi/dicẽtes mũdum eſſe aial paſſim maſculũ ſimul atq; fęminã: mutuoq; mẽbrorũ ſuorũ amore ubiq; coire ſecũ/ atq; ita cõſtare: uinculũ uero mẽbrorũ ineſſe p inſitam ſibi mentẽ: quæ totã infuſa per artus agitat molẽ/ & magno ſe corpore miſcet. Hic Orpheus naturã ipſam mũdi/Iouẽq; mũdanũ/marem appellat & fęminã. Vſq; adeo mutui partiũ ſuarũ cõiugii ubiq; mũdus eſt auidus. Eſſe uero maſculinum ſexũ fęminino ubiq; cõmixtũ: declarat illinc quidẽ ordo ſignorũ. Vbi præcedẽs ꝑpetuo deiceps ordine maſculinum eſt: ſubſequẽs fęmininũ. Hinc uero arbores/ atq; herbæ: Quæ etiã ſicut aialia utrunq; ſexum habẽt. Mitto q; ignis ad aerem: aqua ad terrã maſculi uicẽ tenet ad fęminã. Vt nõ mirũ ſint mẽbra inter ſe mundana & oẽs eius articuli/ mutuũ coniugiũ concupiſcere. Quod & planetę cõciliant/partim qdem mares/partim uero fęminæ. Præcipue uero Mercurius maſculus atq; fęmina hermophroditi pater. Quod ſane aiaduertens agricultura/præparat agrum ſeminaq; ad cæleſtia dona. Et inſitionibus q̃buſdã

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

uitam plãrę propagat/ & ad ſpeciẽ alteram melioremq; perducit.
Similia quędam efficit medicus/& phyſicus/& chyrurgicus in cor
pore noſtro/tum ad noſtrã fouendam: tũ ad uniuerſi naturã ube
rius compandã. Idem quoq; philoſophus naturaliũ rerum aſtro
rumq; peritus/ quẽ ꝓprie magũ appellare ſolemus/ certis quibus
dam illecebris/ cęleſtia terrenis oportune quidem: nec aliter inſe
rens q̃ inſitionis ſtudioſus agricola uetęri recentem ſtipiti ſurcu
lum. Quod & Ptolemęus ualde ꝓbat/affirmans eiuſmodi ſapien
tem/ſic aſtrorũ opus adiuuare poſſe: quẽadmodum agricola terrę
uirtutem. Subicit magus terrena cęleſtibus/imo inferiora paſſim
ſuperioribus: ut proprias ubiq; fęminas ſuis maribus fęcundan
das: ut ferrum magneti trahendũ: ut camphorã aeri feruẽti ſugen
dam: ut chryſtallũ Soli illuminandũ: ut ſulphur & ſublimẽ liquo
rem accendendũ flãmę: ut oui teſtã uacuam & impletã rore/ Soli
eleuandã: imo ut ouum ipſum gallinæ fouendũ. Præterea ſicut
nõ nulli fouentes oua/etiã ſine animalibus uitã illiſ ex uniuerſo
conciliant: & ſæpe materias quaſdã oportune parãtes abſq; ouis
manifeſtiſq; ſeminibus/aialia procreãt: ut ex ocimo ſcorpionem:
apes ex boue: ex ſaluia auẽ merulę ſimilẽ. Vitã uidelicet a mũdo
materiis certis oportuniſq; tẽporibus adhibẽtes: Sic & ille ſapiẽs
ubi cognouit quę materię/ſiue quales parti inchoatę natura/ par
tim arte perfectę: & ſi ſparſę fuerint cõgregarę/qualẽ cęlitus influ
xum ſuſcipere poſſint: has eo regnante potiſſimũ/colligit/ præpa
rat/adhibet: ſibiq; ꝑ eas cęleſtia uẽdicat. Vbicũq; enĩ materia quę
dam ſic ſupis expoſita ẽ/ſicut ſpeculare uitrũ uultui tuo/pariſq;
oppoſitus uoci/ ſubito ſupne patiẽ ab agẽte uidelicet potentiſſi
mo a poteſtate uitaq; mirabili ubiq; præſẽte/ uirtutemq; paſſione
reportat. Non aliter q̃ & ſpeculum imaginem repræſentat ex uul
tu: & ex uoce paries Eccho. His ferme exẽplis ipſe Plotinus uti
tur/ubi Mercurium imitatus ait: uereres ſacerdotes/ſiue magos ĩ
ſtatuis ſacrificiiſq; ſenſibilibus diuinum aliqd/& mirandũ ſuſci
pere ſolitos. Vult aũt una cũ Triſmegiſto per materialia hęc non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

proprie ſuſcipi numina penitus a materia ſegregata: ſed mũdana tantum/ut ab initio dixi & Syneſius approbat. Mundana inq̃ id eſt uitam quandã/uel uitale aliquid/ex anima mundi & ſpherarũ animis atq; ſtellarum: uel etiam motum quendã/et uitalem quaſi præſentiã ex Dęmonibus. Immo iterdũ ipſos Dęmonas eiuſmodi adeſſe materiis Mercurius ipſe/quem Plotinus ſequit̃/inquit/ Dęmonas aerios/nõ cęleſtes: ne dũ ſublimiores: ſtatuaſq; Mercurius ipſe cõponit ex herbis/arboribus/lapidibus aromatis/naturalem uim diuinitatis (ut ipſe ait) in ſe habentibus. Adiũgit cantus cęleſtibus ſimiles: quibus ait eos delectari/ſtatuiſq; ſic adeſſe diutius/& ꝑdeſſe hominibus/uel obeſſe. Addit ſapiẽtes quondã ægyptios: qui & ſacerdotes erãt/cum nõ poſſent rationibus ꝑſuadere populo eſſe Deos ideſt ſpũs aliquos ſuper homines/excogitaſſe magicum hoc illicium/quo Dęmonas allicientes/ in ſtatuas eſſe numina declararent. Sed Iamblicus damnat ægyptios q̃ Dęmonas non ſolum ut gradus quoſdam ad ſupiores deos inueſtigandos acceꝑint: ſed plurimum adorauerint. Chaldeos uero Dęmonibus non occupatos ægyptiis anteponit. Chaldeos inq̃ religionis antiſtites. Nam aſtrologos tã Chaldeorum q̃ Aegyptiorum quodãmodo tentauiſſe Dęmonas per harmoniã cęleſtem in ſtatuas fictiles trahere ſuſpicamur. Quod ſignificare uideť aſtrologus Samuel hebreus auctoritate Dauidis Bil aſtrologi fretus. Antiquos uidelicet fictores imaginum feciſſe ſtatuas futura pronuntiãtes. Harmoniã uero cęleſtium his accomodatã eſſe tradit/ metallũ fundere ad hominis pulchri formã/die Mercurii hora tertia ſcilicet Saturni. Quãdo Mercurius Saturnũ in aquario ſubit/ĩ nona cęli plaga/uaticiniũ deſignãre. Aſcenditq; geminorũ ſydus ſignificãs propheras (ut aiunt) Mars a Sole cõburitur: nec Mercurium intuetur. Sol tamẽ aſpicit coniũctionis illius locum. Venus interea aliquem obtinet angulum: occidentalis eſt & potens. Luna ex trigono gradum aſpicit aſcendentem: ſimiliterq; Saturnus. Hæc illi. Ego autẽ primo quidẽ ex beati Thõmæ ſententia puto/

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

ſi modo ſtatuas loquẽtes effecerint/ nõ ſimplicẽ ipſum ſtellarũ in fluxũ ibi formauiſſe uerba: Sed dęmonas. Deide ſi forte cõtigerit eos in eiuſmodi ſtatuas igredi/ nõ arbitror hos ibi p cęleſtẽ influxũ fuiſſe deuinctos: Sed ſpõte potius ſuis cultoribus obſecutos: deniq; decepturos. Nam & natura ſupior ab iferiore cõciliarĩ qdẽ aliquãdo: Sed cohiberi neqt. Et diſpoſitio illa ſyderum paulo ante deſcripta cõcurrere forte nõ poteſt. Quãuis ãt Dęmones aſtronomica rõne ſtatuis nõ includanĩ: tamẽ ubi per cultũ eis exhibitũ/ pręſentes extiterint/ Porphyrius ait eos regulis aſtronomicis oracula reddidiſſe: atq; ideo frequenter ambigua. Et merito/ quoniã Iamblichus ꝓbat ꝓphetã uerã/ atq; certã/ nec malis Dęmonibus cõuenire: nec humanis animabus/ uel natura/ ſed ſpiratiõe diuina purgatis mẽtibus ꝓuenire. Sed ad Mercuriũ: ímo ad Plotinũ iã reuertamur. Mercurius ſacerdoteſ ait accepiſſe uirtutẽ a mundi natura cõuenientẽ: eãq; miſcuiſſe. Secutus hũc Plotinus putat: totum id aía mũdi cõciliãre cõfici poſſe. Quatenus illa naturaliũ rerũ formas/ p ſeminales quaſdã rõnes ſibi diuinitus inſitas generat/ atq; mouet. Quas quidẽ rationes appellat ét Deos. Quoniã ab ideis ſupremæ mẽtis nunq; deſtituunĩ. Itaq; p rõnes eiuſmodi aía mũdi facile ſe applicare materiis: quas formauit ab initio per eaſdẽ: quãdo magus uel ſacerdos oportunis tẽpotibus adhibuerit formas rerũ rite collectas: que rõnẽ hanc/ aut illã ꝓprie ſpectãt: ſicut magnes ferrũ: reubarbarũ colerã: crocus cor: eupatoriũ ſpodiũq; iecur: ſpica muſculoq; cerebrũ. Fieri uero poſſe quandoq; ut rõnibus ad formas ſic adhibitis/ ſublimiora quoq; dona deſcendãt/ quatenus rões í aía mũdi cõiunctæ ſũt ítellectualibus eiuſdẽ aię formis: atq; p illas diuinæ mẽtis ideis. Quod & Iãblichus approbat/ ubi de ſacrificiis agit. Qua de re alibi nos oportunius diſpurabimus. Vbi etiã apparebit/ q; ípura ſupſtitio populi gẽtilis extiterit. Contra uero q; pura pietas euangelica fuerit: Quod magna ex parte in libro de relligione chriſtiana iam fecimus.

FINIS

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

Apologia quędam. In qua de medicina. aſtrologia. uita mundi. Item de magis/qui Chriſtum ſtatim natum ſalutauerunt.

MARSILIVS Ficinus florentinus/dilectiſſimis ſuis ĩ ueritatis ſtudio fratribus/ tribus Petris/Nero/Guiciardino/Soderino/ ter quaterq; ſalutem. Rectius modo Tripetro q̃ tribus Petris forteſſe dixiſſem. Sicut.n.ubi palma eſt una nõ faciũt plures in ea digiti/manus ibi plures: ſic ueſtra amici corpora tria nihil prohibere uidentẽ/ quo minus unum efficiat Petrum una uoluntas. Faber ille cęleſtis patriæ Chriſtus tam ingẽtem procreauit petram/ut ĩmenſo huic edificio eccleſiæ ſuę una hęc petra fundando ſufficeret. Ego quoq; tã grandes nactus ſum diuina quadam ſorte petras: ut tres nũc meo uel arduo ſatis edificio faciant. Nunc uobis amici nunc/ſi neſcitis/arx illa Palladis neceſſaria fore uidetur: qua procul a nobis ſęuum ĩpiorum gigantum impetũ arceamus. Quãobrem ueſtra primum arce tribus conſtructa Petris/trium liberorũ meorum uitam/uitæ publicæ ſuccurrentium munire decreui. Scitis/(ut arbitror)me de uita librum compoſuiſſe/ ĩ libellos tris diuiſum. Quorum primus de uita ſana. Secundus: de uita lõga. Tertius: de uita cęlitus inſcribẽ. Igit̃ eſca tituli tam ſuauis q̃plurimos alliciet ad guſtandũ: Sed in numero tanto ignorantes plerique futuri ſunt (ut arbitror) maligni quoq; non pauci. Alius ergo dicet/ non ne Marſilius eſt ſacerdos? Eſt profecto. Quid igitur ſacerdotibus cũ medicina? Quid rurſum cum aſtrologia commertii? Alius item. Quid Chriſtiano cum magia uel imaginibus? Alius autẽ/ & quidem indignus uitæ/ uitam inuidebit cęlo. Cũcti deniq; ſic affecti/beneficio in eos noſtro ingrati nimis erunt. Atque aduerſus charitatem noſtram Qua uitæ/ proſperitatique publicæ pro ingenii facultate conſulimus/non pudebit eſſe crudeles. Communis igitur erit uobis iſte labor: Sed ut quodammodo leuior ſit: tres enim eſtis aduerſum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

tres hostes distributum subite certamen. Nec inuectiua (noui enī ingenium uestrum) confutabitis inuectiuā: Sed alieni fellis amaritudinem: quæ uestra suauitas ē mirifica uestri mellis dulcedine superabitis. Principio candidissime Nere respōdeto primis/antiquissimos quondā sacerdotes fuisse medicos pariter & astronomos. Quod sane chaldeorum/persarum/ægyptiorum testificanē historiæ. Ad nullum pręterea magis q̄ ad pium sacerdotem pertinere singularis charitatis officia: quæ qdem i maximo omniū beneficio q̄maxime lucent. Officium uero præstantissimum est procul dubio/quod & maxime necessariū: & iprimis ab omnibus exoptatum: efficere uidelicet/ut hominibus sit mens sana in corpore sano. Id autē ita demum præstare possumus/si coniungimus sacerdotio medicinā. At quoniā medicina sine fauore cęlesti/quod & hyppocrates Galienusq; confitentur/ & nos experti sumus/ sæpius est inanis/sępe etiam noxia/nimirum ad eandem sacerdotis charitatem astronomia pertinet/ad quā attinere diximus medicinam. Eiusmodi (ut arbitror) medicū honorari sacræ litterę iubēt/quoniam propter necessitatē hūc altissimus procreauerit. Et Christus ipse uitæ largitor/qui discipulis mandauit/ languentes toro orbe curare/sacerdotibus quoq; præcipiet/si minus uerbis/ut illi quondam/mederi possint: saltem herbis & lapidibus medeātur. Quæ si minus ipsa sufficiant/oportuno quodam afflatu cęli conflare hæc/& ægrotis admouere iubebit. Nam & ipse eodem afflatu cæli animalia passim ad suam quæq; concitat medicinam: usq; adeo uitæ omniū abundantissime prouidet. Sic instinctu cęlesti diuinitus instigante/serpentes quidem marathro/hirundines aūt celidonia oculis medicantur: Aquilæ uexatæ partu echitem lapidem diuinitus inuenerunt/quo fęliciter oua statim enitterentur. Itaq; Deus ipse qui per cęlum animalia quæuis ad medicinas instigat: sacerdotes certe permittit non mercede inquam/ sed charitate medicinis cælitus confirmatis morbos expellere. His uero tu deinceps plura etiam si expedierit ingenii tui aculeis addes.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

Surge poſt hæc & tu Guiciardine uehemens: atq; curioſis inge
niis reſpondeto/ Magiam uel imagines nõ probari quidẽ a Mar
ſilio/ſed narrari/Plotinum ipſum interpretante. Quod & ſcripta
plane declarãt/ſi ęqua mente legantur. Neq; de magia hic propha
na/quę cultu Dęmonum nititur/uerbum quidem ullum aſſeuera
ri: Sed de magia naturali/quę rebus naturalibus ad proſperã cor
porum ualitudinem cęleſtium beneficia captat/effici mẽtionem.
quę ſane facultas tam concedenda uidetur ingeniis legitime utẽ
tibus/q̃ medicina & agricultura iure cõceditur. Tantoq; etiã ma
gis/quãto perfectior eſt induſtria/terrenis cęleſtia copulans. Ex
hac officina Magi omnium primi Chriſtum ſtatim natum adora
uerunt. Quid igitur expaueſcis Magi nomẽ formidoloſe? Nomẽ
euangelio gratioſum. Quod non maleficum & ueneficum: ſed ſa
piẽtem ſonat & ſacerdotem. Quid nam profiteretur Magus ille ue
nerator Chriſti primus? Si cupis audire quaſi quidam agricola ẽ:
certe quidam mundicola eſt. Nec propterea mundum hic adorat:
quemadmodum nec agricola terram: Sed ſicut agricola humani
victus gratia ad aerem temperat agrum: ſic ille ſapiens/ ille ſacer
dos gratia ſalutis humanę inferiora mundi ad ſuperiora contem
perat/atq; ſicut oua gallinę/ſic oportune terrena ſubicit fouenda
cęlo. Quod efficit ſemper ipſe deus: & faciẽdo docet/ſuadetq; fa
cere/ut a ſuperis infima generentur & moueantur/atq; regantur.
Deniq; duo ſunt magiæ genera. Vnum quidem eorum/ qui certo
quodam cultu Dęmonas ſibi conciliant: Quorum opera freti fa
bricãt ſæpe portenta. Hoc autẽ penitus exploſũ eſt/quando prin
ceps huius mundi eiectus eſt foras. Alterum uero eorum qui na
turales materias oportune cauſis ſubiiciũt naturalibus mira qua
dam ratione formãdas. Huius quoq; artificii ſpecies duæ ſunt.
Altera quidem curioſa: altera neceſſaria. Illa ſane ad oſtentationẽ
ſuperuacua fingit prodigia: Ceu quando Perſarũ magi ex ſaluia
ſub fimo putrefacta dum Sol & Luna ſecundam Leonis faciem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

occuparent/eundēq; gradū ibi tenerent/generabant auem merulę ſimilem:ſerpentina cauda:eamq; redactam in cinerem ifundebāt ſampadi. Vnde domus ſtatim plena ſerpentibus uidebatur. Hoc lautem tanquā uanum & ſaluti noxium procul effugiendum. Tenenda tamen ſpecies neceſſaria/ cum aſtrologia copulans medicinam. Siquis autē pertinax ulterius inſtet/morem huic ita gerito Guiciardine: ut ne legat hæc noſtra/nec intelligat/nec meminerit/ nec utatur homo/ſi homo eſt/tanto beneficio prorſus indignus.

Multa ſunt prętерea quæ tu aduerſus ingratam ignorantiam in medium afferre tuo ingenio poteris. Quid nam agis & tu ſtrenue Soderine noſter? Tolerabis ne ſuperſtitioſos cęcoſq; neſcio quos futuroſ/qui uitam in animalibus: uel abiectiſſimis: herbiſq; uiliſſimis manifeſtam uident. In cęlo/in mundo non uident. Iam uero ſi homunciones iſti uitam minimis concedunt mundi particulis/quę tandem demētia eſt? Quæ inuidia? Nec noſſe/nec uelle totum uiuere in quo uiuimus/& mouemur & ſumus. Quod quidem canit Aratus: Iouem manifeſte ſignificans cōmunem corporis mundani uitam. Peroportune nunc in hæc Arati uerba neſcio quomodo uideor incidiſſe. Memini Lucam euangeliſtam: memini Paulum apoſtolum his uerbis/libenter uti. In quibus mūdi uitam ſapientes illi nō horrent. At uero ſuperſtitioſus quidam his obiiciet non facile conuinci ex uerbis eiuſmodi Paulum aſſentiri/mundum habere animam: Sed tantū ſubeſſe deo: ac nos i hoc ipſo Deo uiuere. Eſto igitur. Ne nominemus in mundo quando non placet animam. Nomen anima ſit prophānum. Licebit ne ſaltem uitam qualēcunq; dicere? Quam Deus ipſe mūdi faber huic operi ſuo tam fęliciter abſoluto clementer inſpiret. Quandoquidem erga uiliſſima quęq; uiuentia non eſt auarus/Et quotidie p cęlum q̄plurimis quæ ſunt in eo largiſſime pręſtat uitā. Dic amabo nō ne uides boues & aſinos/o bos/o aſine/ qui tactu quodā ex ſe uiuentia generāt eſſe uiuos? Si ergo hæc prætерea/ ex ſe uiua

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

quædam aſpectu etiam generarent/an non multo magis hæc ui uere iudicares?ſi quod modo ipſe iudicium/ſi quã uiram habes. Cęlum terræ maritus non tangit (ut cõmunis eſt opinio)terram. Cum uxore non coit:ſed ſolis ſyderum ſuorum quaſi oculorum radiis undiq; luſtrat uxorem:luſtrãdo fęcundat/ procreatq; uiuẽ tia. Num ergo uiram uel intuẽdo largiens ipſum in ſe propriam nullam habet uirã?Et quod dedit aut ſtrutho uiram aſpectumq; uiuificum:longe eſt hoc ipſo deterius. His tandem adductis in medium/niſi perſuaſeris ſuperſtitioſum iſtum mittito ſemiuiuũ: immo uero non uiuum. Proinde ut plurimus cauſam noſtrã patronis agamus/ addito Petre mi Nere Amphionem illum noſtrũ Lãdinum Chriſtophorum oratorem pariter & poetam. Ille noſter Amphion ſuauitate mira celeriter lapidea hoſtiũ noſtrorum corda demolliet. Tu uero Guiciardine cariſſime compater/ito nũc/ ito alacer/Politianum Herculem accerſito. Hercules quõdam ubi periculoſius certandum foret/ uocitabat Iolaum: Tu nunc ſimiliter Herculem. Noſti profecto quot barbara monſtra latium iam deuaſtantia Politianus Hercules inuaſerit/ lacerauerit/ intereme rit/q̃ acriter expugnet paſſim. Quã tuto propugnet. Hic ergo uel centum hydrę capita noſtris liberis minitantia ſtatim confunder claua/flammiſq; cõburet. Eia mi dulciſſime Soderine:Surge age/ Picum ſalutato Phoebeũ. Hũc ego ſępe Phoebum appello meũ. Ille me Dionyſium uiciſſim atq; liberũ. Fratres ergo ſumus. Nuntia Phoebo meo/uenenoſum contra nos pythonẽ/ex palude iam iam emergentem. Tendat arcum/obſecra precor. Confeſtim ſpicula iaculetur. Intendet ille protinus/ſcio quid loquar:uenenumq; totum ſemel una nece necabit. Valete iam fęliciter amantiſſimi fratres mei/ non ualitudine tantum fęlici: Sed ipſa etiam fęlicitate digni. Liberorumq; meorum in lucem iam prodeuntium ualitudinem fęlicitatemq; curate. xv. Septembris. M.ccccl xxxviiii. In agro Caregio.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

Quod neceſſaria ſit ad uitam ſecuritas & tranquillitas animi.

m ARSILIVS Ficinus Dilectiſſimis in ueritatis uenatione fratribus Bernardo Caniſiano/ Iohanni Canacio/ Amerigo Curſino Salutem. Cum primis hic in uerbis uenationem quandam inſtituiſſemus/ merito forſan canes ſtatim adhibuimus & curſores. Apte quidem philoſophãtes appellauimus uenatores/ anhela ſemper ueritatis indagine laborantes. Num etiam apte canes? Aptiſſime inquit in Republica Socrates. Philoſophãtes enim uel legitimi ſunt uel ſpurii. Ambo canes. Illi quidem ueritatem ipſam ſagaciter inueſtigãt/ mordicus inuentã tenent. Hi uero pro opinione latrant/ mordent/ lacerant. Tantum profecto canes inter philoſophos ſibi uendicant/ ut nõ ſolum ſe ipſos i ſectam aliquam inſeruerint: ſed etiam ſectam ipſi ſuam nomine Cynicam quandoq; confecerint. Habet quinetiam ſuos achademia canes. Huc ergo uos ſagaces achademię canes: huc uos uelociſſimi curſores aduoco. Tris enim eſtis. Tres ergo nũc meos precor defẽdite liberos adhuc teneriores/ inter lupos (ut uereor) e ueſtigio prodituros. Currite iquam alacres: negocia enim nunc uobis optata mãdo/ non curas. Georgium Benignũ Saluiatum cognoſcitis meum: Qui ueritatem illam p cuius nunc uos ueſtigia paſſim uenãdo diſcurritis/ iãdiu eſt ſagaciter aſſecutus. Qui & fratres ſuos Solis iſtar/ maior ipſe/ minores illuſtrat. Huic igitur/ ſi quem luporum ululatum audieritis/ nuntiate. Fortiſſimus ille Georgius omnes facile fugabit lupos/ qui & uaſtum draconem quandoq; tranſfixit. Ille me igitur/ ille ſollicitudine ſimul & uos cura leuabit. Solet enim inter uos aliquis/ & qdẽ iam ſępius dicere: nihil ad uitã ſalubrius experiri/ q̃ magna cũ ſecuritate tẽpora deglutire. Cęteri uero dicẽti ꝓtinus arridere.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

Sed dic age Canaci quid nam hoc tuũ eſt totiẽs repetitum? Tem
pora deuorare? Quid denique tibi uis? Non eſſe inquies/ ſed bi
bere potius. Non mandere/ uel conterere: ſed faucibus plenis in
gurgitare. Siquidem tempus ipſum natura quædam eſt liquens/
(ut ita dixerim) atque labilis. Liquentium uero hęc eſt conditio:
ut ſi cohibeas in anguſtum/ ſubito perdas. Diffluũt enim coacta
celeriterq; diffugiunt. Si aquam ſpõgiæ imbibitam forte compreſ
ſeris/ exprimes eam/ ſtatimq; diſperges. Si latius hanc tenueris/ re
tinebis. Multo magis aerem/ ignemq;/ & ętherem. Hinc apud poe
tas Fruſtra contendunt/ qui ampla diuorum manium ue ſimula
cra ulnis capeſcere moliuntur. Late admodum accipiẽda ſunt la
tiſſima. Liquentia & ampliſſima ſunt ampliſſime poſſidẽda. Tũc
certe grauiter nos premit anguſtia/ quando animum ipſum mo
tumq; eius naturaliter amplum redigimus ĩ anguſtum. Quicũq;
ſtudia negociaq; penſitant examuſſim: & in minima quæq; ſemp
exactiſſimæ deterunt: uitam interea ſuam/ heu ſuam uitam clam
miſeri conterunt. Recte igitur Pythagoras prędepiſſe uidetur. Ca
ue ne quando in anguſtum forte cohibearis/ nihil cęlo amplius.
Nihil eſt uitalius. Anguſtiſſima uiciſſim terra uitam habet ĩ mun
do q̃minimam. Deniq; ſi cęlo temporeq; uiuimus/ q̃to hęc latius
abſorbemus/ tãto uiuimus & diutius. Viuite ergo lati ab angu
ſtia procul o amici. Viuite lęti. Lętitia cęlum uos creauit ſua. Quã
ſuo quodã niſu ideſt dilatatione/ motu/ ſplendore declarat: quaſi
geſtiens. Lætitia cęlum uos ſeruabit ueſtra. Ergo quotidie impręſ
ſens uiuite læti. Nã ſollicitudo præſentium/ rapit uobis pręſens:
præripitq; futurum. Curioſitas futurorum celeriter in præteritum
uos traducit. Iterum igitur precor/ atq; iterum/ uiuite læti. Nã fa
ta ſinunt: dum ſecuri uiuitis. Sed ut reuera ſine cura uiuatis/ ne
unam quidem hanc curam ſũmite: qua ſolliciti curetis unquam:
qua potiſſimum diligentia curas effugiatis. Vna enim cura hæc
mortalibus heu miſeris omni cura cor urit. Negligite igitur dili

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

gentiam. Negligentiam uero diligite. Atq; hãc etiam negligenter. Quoad licet uobis inq̃/ atq; decet. Hæc aũt non tam ut sacerdos amici mãdo uobis/ q̃ ut medicus. Nam absq; hac una tanq̃ medicinarum omnium uita medicinæ omnes ad uitam producendam adhibitę/ moriuntur.
XVI. Septembris. M. cccclxxxviiii. In agro Caregio.

Amerigus Corsinus

De triplici uita quem tu Ficine libellum
Compositum/ in lucem mittere docte paras!
Imprimere hunc doctus: gratusq; Valorius ultro
Curauit/ doctis pabula grata uiris.
Tresq; Petri: biniq; Canes: Cursorq; Amerigus
Contendent morsus pellere quisq; feros.

Impressit ex archetypo Antonius Mischominus
Florentiæ Anno Salutis. M. CCCCLXXXIX
Tertio Nonas Decembr.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

REGISTRVM

a
Prohemium
DE CVRA
ſed utinam
ad interna
atra bilis
b
q̃uis raro
ſtor. Nihil
paulatim
Si aduerſus
re cõdito
c
occupãs
Prohemiũ
factione
hinc quidẽ
Sed ſubſtantiã
d
conditi
defectu
reuireſcat
ra uireſq;
i liliũ
e
De medicinis
expellendi
Ariſtoteles
multa cõtingẽs
f
Prohemium
quas & ego
dona dũtaxat
uidelicet
quiſque
g
Iouem tandẽ
atq; Veneté
in eodem minuto
ſtellę quam
gium. Atq;
h
Voluptatem
eius acumen
Mercurii cum
herba ſacerdotis
De uirtute
i
& Aſtrologum
prędantior
inchoatam ibi
tur. Figurę
do aliquo
k
præſertim ſi
inq̃ intimũ
paret q̃ odor
res. Sextum
tum conceptione
l
deſinis aĩaduertas
eſſe. Sed Saturnium
rem cęleſtia
bona oportune
m
Surge poſt
quædam
Sed dic

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

Capitula librorum theologie de ímortalitate animorũ Marſilii ficini florentini diuiſe in libros.xviii. Primus liber adſcendit uſq; ad deũ. Capitula primi libri.

Cap.i. Si animus nõ eẽt ímortalis nullũ aíal eẽt infelicius hoíe.
Cap.ii. Corpus natura ſua nihil agit.
Cap.iii. Supra formã diuiſã in corpe extat forma indiuidua.i.aía
Cap.iiii. Aia rõnalis p ſubſtantiã ímobilis ẽ:p opationẽ eſt mobilis:p uirtutẽ eſt partim ímobilis partim mobilis.
Cap.v. Sup animã mobilem eſt immobilis angelus.
Cap.vi Sup angelũ ẽ deus. Quoniã aía ẽ mobilis multitudo. Angelus multitudo immobilis. Deus ímobilis unitas.

SECVNDVS Liber diſputat de deo iam inuento.

Cap.i. Vnitas/uẽritas/bonitas/idem ſunt:& ſup ea nihil eſt.
Cap.ii. Non ſunt dii plures inter ſe equales.
Cap.iii. Non ſunt dii plures alius ſup alium ſine fine.
Cap.iiii. Dei uirtus eſt infinita.
Cap.v. Deus ſemper eſt.
Cap.vi. Deus eſt ubiq;.
Cap.vii. Deus omnia agit & ſeruat:& in omnibus oía operaẽ.
Cap.viii. Deus agit per ſuum eſſe quicquid agit.
Cap.viiii. Deus intelligit ſe ipſum primo ac etiã ſingula.
Cap.x. Deus intelligit infinita.
Cap.xi. Deus uoluntatẽ habet:perq; illã extra ſe efficit omnia.
Cap.xii. Voluntas dei neceſſaria ſimul & libera eſt & agit libere.
Cap.xiii. Deus amat & ꝓuidet.

TERTIVS LIBer deſcendit a deo & comparat inuicem gradus rerum ad medium gradum & hunc ad alios.

Cap.i. Deſcenſus p quinq; gradus fit:p quos ẽ factus aſcenſus: Qui gradus inuicem congrue comparantur.
Cap.ii. Anima eſt medius rerum gradus atq; omnes gradus tam ſuperiores q̃ inferiores cõnectit in unum:dum ipſa & ad ſupos adſcendit & deſcendit ad inferos.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

QVARTVS Liber diuidit ĩ ſpecies ſuas gradum rerum medium.i.animam.

Cap.i. Tres ſunt animarum rationalium gradus. In primo eſt anima mundi. In ſecũdo anime ſperarum. In tertio anime animaliũ que in ſperis ſingulis continentur.

Cap.ii. Anime ſperarum mouẽt ſperas per legem fatalem: & mouent in circulum: quia ipſe ſunt circuli.

QVINTVS Liber. Tractat de imortalitate anime per rationes cõmunes.

Cap.i. Omnis rationalis anima eſt immortaliſ. Prima ratio quia p ſe mouetur & in circulum.

Cap.ii. Secunda ratio: quia ſtat p ſubſtantiam.

Cap.iii. Tertia ratio: quia heret diuinis.

Cap.iiii. Quarta ratio: quia materie dominat̃.

Cap v. Quinta ratio: quia eſt a materia libera.

Cap.vi. Sexta ratio: quia eſt indiuidua.

Cap.vii. Septima ratio: quia eſſe ſuum habet in ſua eſſentia.

Cap.viii. Octaua ratio: quia eſſe proprium habet: & nũquam a ſua forma diſcedit.

Cap.viiii. Nona ratio: quia ſibi per ſe conuenit eſſe.

Cap.x. Decima ratio: quia per ſe refertur ad deum.

Cap.xi. Vndecima ratio: quia non componitur ex aliqua potẽtia in quam poſſit reſolui.

Cap.xii. Duodecima ratio: quia non habet in ſe potẽtiã ad nõ eẽ.

Cap.xiii. Tertiadecima ratio: quia eſſe a deo accipit ſine medio.

Cap.xiiii. Quartadecima ratio: quia eſt per ſe uita.

Cap.xv. Quintadecima ratio: quia uita eſt preſtãtior corpore.

SEXTVS Liber. Tractat de anima per rationes proprias q̃ ſit indiuiſibilis quantum ad partem uegetatiuã.

Cap.i. Reductio opinionum de anima in quinq; capita.

Cap.ii. Plebei philoſophi non ratione aliqua perſuaſi ſed praua decepti conſuetudine corporalem animam poſuerunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

Cap.iii. Anima nō eſt corpus/aut forma diuiſa in corpore:ut oſtē
ditur p uirtutem anime naturalem.
Cap.iiii. Prima ratio:quia anima eſt principium nutriendi:& quō
modocunq; aliter operandi.
Cap.v. Secunda ratio:neq; corpus animatū eſt/neq; inanimatū.
Cap.vi. Tertia ratio:neq; craſſum corpus eſt neq; ſubtile.
Cap.vii. Quarta ratio.Corpus ex materia & forma componit.
Cap.viii. Quinta ratio.Corpus natura ſua diſperſum eſt.
Cap.viiii. Sexta ratio.Duo corpora non ſunt in eodem loco.
Cap.x. Septima ratio.Corpus nō eſt ſimul totum in pluribus.
Cap.xi. Octaua ratio.Anima eſt uita aut fons uite.
Cap.xii. Nona ratio.Corpus ſe ipſum nō mouet.
Cap.xiii. Decima rō.Aīa nō creſcit ad corporis huius augumētū.
SEPTIMVS Liber. De anima q̄ ſit indiuiſibilis quātum ad
partem ſenſitiuam.
Cap.i. Anima nō eſt corpus:aut forma diuiſa in corpore: aut ta
lis forme punctum aliquod: ſed eſt forma i qualibet par
te corporis tota: ut oſtenditur per potentiam ſentiendi.
Prima ratio.Corpus nō capit imagines aptas ad ſenſum.
Cap.ii. Secunda ratio.Oportet quinq; ſenſus ad unum centrum
conduci.
Cap.iii. Tertia ratio.Quo anguſtior ſenſus eſt/eo ē perſpicacior.
Cap.iiii. Quarta ratio.Si ſenſus diuiduus ſit/in eo imago ſenſibi
lis diuidetur.
Cap.v. Quinta ratio.Anima ſentit ubiq; tota.
Cap.vi. Sexta ratio.Anima nō neceſſario patitur ſentiendo.
Cap.vii. Septima ratio. Rationes proprie per naturalem & ſenſiti
uam aīe uim q̄ aia non ſit forma diuidua:quia qualitatis
opus unum eſt.
Cap.viii. Octaua rō. Complexio agit p uim.qualitatum.
Cap.viiii. Nona rō. Complexio eſt accidentalis forma.
Cap.x. Decima rō. Harmonia cōplexionis nihil agit in corpus.
Cap.xi. Vndecima ratio. In omni corpore cōpoſito eſt harmonia.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

Cap.xii. Duedecima ratio. Harmonia intelligitur: aut compoſitio ipſa membrorum: aut aliqua compoſitionis ratio.

Cap.xiii. Tertiadecima ratio. Harmonia humorũ nihil capit abſq; materia.

Cap.xiiii. Quartadecima ratio. Que magis concinit / magis eſt harmonia.

Cap.xv. Quintadecima ratio. Harmonia nihil admittit diſſonũ.

OCTAVVS Liber de anima quantum ad partem intellectiuam quum indiuiſibilis ſit & ideo immortalis.

Cap.i. Prima ratio. Anima ẽ forma indiuidua ubiq; tota: & nullam trahit originem a materia / ideoq; immortalis eſt / ut oſtenditur per intelligendi uirtutẽ. Animus per quatuor gradus adſcendit ad ſpiritum.

Cap.ii. Secunda ratio. Anima alitur ueritate.

Cap.iii. Tertia ratio. Virtus anime quia indiuiſibilis ẽ / corporis qualitas eſſe nequit.

Cap.iiii. Quarta ratio. Spẽs conceptioq; intelligibilis ſuſcipi non poteſt a corpore.

Cap.v. Quinta ratio. Si mens eſt corpus / tangendo intelligit & currendo.

Cap.vi. Sexta ratio. Intellectus accipit ſecundum ſe totum qcqd capit: quod nõ faciet ſi fuerit corporalis.

Cap.vii. Septima ratio. Intellectus accipiendo rerum formas non amittit ſuam. Corpora contra.

Cap.viii. Octaua ratio. Forma eſt in mente uniuerſalis. Talis in corpore eſſe non poteſt.

Cap.viiii. Nona ratio. Mentes ſe inuicem complectuntur. Corpora nequaquam.

Cap.x.. Decima tõ. Mens ꝓ oĩa corpora operaẽ & ſupra corpora.

Cap.xi. Vndecima ratio. Mens ſtatu ꝓficit. Corpus motu.

Cap.xii. Duodecima ratio. Que ĩ materia ſunt contraria non ſunt ĩ mẽte cõtraria.

Cap.xiii. Tertia decima ratio. Mens accipiendo formas nõ mutaẽ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

Cap.xiiii. Quartadecima ratio :operatio corporis tendit ad rem cõ positam. Mentis ad simplicia.
Cap.xv. Quintadecima ratio:operatio mentis finitur in operatio ne:opatio corporis in opere.
Cap.xvi. Sextadecima ratio:Forma corporalis non habet uim infi nitam. Mens habet.
NONVS Liber. Quod sit immortalis efficacius non modo ex eo q̃ est in diuisibilis: sed etiam ex eo q̃ a corpore nõ dependet.
Cap.i. Probatur per rationalem uirtutem. Animam non modo esse formam indiuiduam: Verum etiam a corpore nõ pen dere ut euidentius immortalitas demonstretur. Prima ra tio:quia mens reflectitur in se ipsam.
Cap.ii. Secũda ratio:Mens quo magis sepaꝛa corpore:eo melius se habet.
Cap.iii. Tertia ratio. Mens repugnat corpori.
Cap.iiii. Quarta ratio. Anima libere operatur.
Cap.v. Quinta ratio. Mens absq; corpore operatur.
Cap.vi. Sexta ratio. Anima conuenit partim cum diuinis partim uero cum brutis.
Cap.vii. Obiectio epicureorum:& responsio de rerũ tempatione.
DECIMVS Liber. Quod sit immortalis quantum ad ordi nem rerum.
Cap.i. Prima rõ. Sicut ultimũ in ordine corporum ẽ incorrupti bile:sic & ultimum in ordine mentium.
Cap.ii. Obiectio epicuri & responsio de rerũ serie.
Cap.iii. Secunda ratio: Sicut in rebus naturalibus fit solutio ad primam materiam immortalem: sic ad formam ultimam immortalem.
Cap.iiii. Obiectio epicuri & responsio de formis deo simillimis.
Cap.v. Responsio planior de formarũ gradibus.
Cap.vi. Obiectio lucretii:& responsio q̃ mens potest absq; corpo re operari.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

Cap.vii. Obiectio epicuri:& reſponſio q deus nõ facit mentem nì ſi ex ſe ipſo & per ſe ipſum.
Cap.viii. Obiectio panetii: & reſponſio quod anima ſine medio ẽ ex deo.
Cap.viiii. Tertia ratio:quale eſt obiectum/talis ẽ potentia.
VNDECimus liber. Quod ſit ímortalis inquantum unitur cũ obiectis eternis:& ſpẽs inde accipit abſolútas.
Cap.i. Prima ratio. Mens unitur obiecto ꝑpetuo/& ſpẽs ſuſcipit abſolutas:rationeſq; ſempiternas.
Cap.ii. Obiectio & reſponſio de unione mentis cũ ſpetiebus abſolutis & rationibus ſempiternis.
Cap.iii. Obiectio epicuri:& reſponſio q ſpẽs innate ſunt menti.
Cap.iiii. Confirmatio ſuperiorũ atq; inſup de ideis.
Cap.v. Confirmatio ſuperiorum ꝑ ſigna.
Cap.vi. Ratio ſecunda. Mens ẽ ſubiectum ueritatis eterne.
Cap.vii. Obiectio ſcepticorum:& reſponſio q aliquid certũ ſciaſ.
Cap.viii. Obiectio peripateticorum:& reſponſio q ueritaſ animum familiariter habitat.
DVODecimus liber. Quod ſit immortaliſ:quia formatur di uina mente.
Cap.i. Rationes multe & ſigna: Mens humana intelligẽdo men te diuina formatur.
Cap.ii. Queſtio prima de aſcenſu ad deum.i.quomõ mens in di uinã eleuatur ideam.
Cap.iii. Queſtio ſecunda. Quam ob cãm in eo ſtatu deum nos ui dere nequaq̃ animaduertimus.
Cap.iiii. Queſtio tertia: Quo pacto deus nobis intelligentiam in fundit aſſidue.
Cap.v. Confirmatio ſuperioris rõnis/prima per uiſum.
Cap.vi. Secunda confirmatio ꝑ auditum ſecundum auguſtinum
Cap.vii. Tertia confirmatio per mentem ſecundum auguſtinum.
TERTiuſdecimus liber. Qđ ſit ímortalis ꝑ quatuor ſigna.ſ. a phãraſie affectibus/rõnis/ effectibus/artibus miraculis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

Cap.i. Quantum anima corpori dominatur a multis oſtéditur ſignis:ac primū ab affectibus phantaſie.
Cap.ii. Signum ſecundū ab effectibus rōnis:& uaticinio.
Cap.iii. Tertium ſignum: ab artium & gubernationis induſtria
Cap.iiii. Signum quartum:ab effectu miraculorum.
Cap.v. Queſtiones ſex de miraculis & ſolutiones.

QVARTUſdecimus liber. Quod ſit immortalis ſecundum duodecim dei dotes quas aía imitatur.

Cap.i. Qđ aía nitatur deus fieri /oſtendimus ſignis duodecim ſecundum duodecim dei dotes.
Cap.ii. Quintū immortalitatis ſignū ab eo q̄ aía appetit primū uerum & primum bonum.
Cap.iii. Sextum ſignum:quia aíus conatur omnia fieri.
Cap.iiii. Septimū ſignū & octauum:quoniā aíus conaī facere oía: atq; item omnia ſuperare.
Cap.v. Nonum ſignum & decimum:q̄ homo affectat ubiq; eſſe: atq; item eſſe ſemper.
Cap.vi. Signum.xi.xii.xiii.xiiii.q̄ cupimus quattuor dei uirtutes aſſequi.
Cap.vii. Xv.ſignum:qđ aíus ſummam experit opulentiam & uoluptatem.
Cap.viii. Xvi.ſignum:q̄ colimus nos ipſos ac deum.
Cap.viiii. Religionem eſſe humano generi maxime omniū ꝓpriam & ueridicam.
Cap.x. Tres obiectiones lucretianorum:& ſolutiones prima.

QVINTVSDecimus liber. Soluit queſtiones auerois de intellectu.

Cap.i. Sequūtur queſtioneſ quinq; de aía.Prima utrum ſit unus cunctorum hoīum intellectus.
Cap.ii. Confutatio Auerois q̄ mens ſit forma corporis paret primum ex ordine nature.
Cap.iii. Quomodo mēs propinquat corpori.
Cap.iiii. Quomodo mens adſit corpori.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

Cap.v. Quomodo mens insit corpori.
Cap.vi. Qđ mens sit forma corporis patet ex opinionibus actionibusq; humanis. Ratio prima quia homo est animal rationale.
Cap.vii. Ratio secunda quia homo intelligit.
Cap.viii. Ratio tertia:qa homo libere se ipsum mouet.
Cap.viiii. Ratio.iiii.qa uires aie se uicissim tum impediũt tũ mouent
Cap.x. Ratio qnta:qa separata mens nõ indiget phantasia.
Cap.xi. Ratio sexta:qa intellectus utrerq; ẽ uirtus i aia.
Cap.xii. Solutio rõnum aueroicarũ de mente separata.
Cap.xiii. Solutio rõnum aueroicarum de mente unica.
Cap.xiiii. Signa qp nõ sit mens una tantum.
Cap.xv. Rationes qp nõ sit mens una. Prima quia septem inde cõtingunt superflua.
Cap.xvi. Secunda quia mens spẽs seruat:ac iandiu plena omnium debet esse.
Cap.xvii. Tertia quia quotiens duo rem eandem intelligũt totiẽs omnino secunđ absurda.
Cap.xviii. Quarta quia uel eadem esset multorum hoium scientia: uel supflue qualitates in eodem.
Cap.xix. Quinta quia contradictoria in eodẽ essent.

SEXTVS Decimus liber. Questiones soluit epycureorũ.

Cap.i. Sequitur secunda questio:Cur animi terreni corporibus sint inclusi. Ratio prima ut cognoscant singula.
Cap.ii. Secũda ratio:Vt forme singulares cum uniuersalibus formis concilienđ.
Cap.iii. Tertia ratio:Vt tam radius diuinus q̃ eius formule reflectantur in deum.
Cap.iiii. Quarta ratio:Vt anima fiat beatior.
Cap.v. Quinta ratio:Vt uires anime inferiores ad effectum progrediantur.
Cap.vi. Sexta ratio.Vt mundus ornetur colatur deus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

Cap.vii. Tertia queſtio. Quam ob cãm animi ſi diuini ſunt pertur bationibus afficiuntur.
Cap.viii. Quarta queſtio: Quare animi a corpibus inuiti diſcedũt.
SEPTIMVS Decimus liber. Soluit queſtiones platonicas. Quinta queſtio: Qualis ſit aĩe ſtatus ante q̃ ad corpus accedat: Qualis & poſt diſceſſum.
Cap.i. Ordo ſex priſcorum theologorũ & ſex achademiarũ.
Cap.ii. Expoſitio platonis de aĩa ſecundũ duas achademias ul timas. De compoſitione aĩe.
Cap.iii. Spẽs & circuitus animarũ ſecundum duas ſimiliter acha demias ultimas.
Cap.iiii. Qd̃ plato rectius exponaĩ more achademiarũ quattuor precedentium preſertim prime & quarte.
OCTAVVS Decimus liber. Sententiã fert de aĩa ex cõmuni theologorũ omniũ conſenſu.
Cap.i. Quod plato nõ prohibet fidẽ adhibere theologie ebreo rum/chriſtianorũ/arabũq; cõi.
Cap.ii. Angelos & aĩos non ſemper fuiſſe.
Cap.iii. Anime creantur quotidie.
Cap.iiii. Vnde anima deſcendit in corpus.
Cap.v. Qua parte celi aĩe creantur: Qua ue deſcendunt.
Cap.vi. Quando infundiĩ aĩa corpori: & quo in corpore uiuens ducitur.
Cap.vii. Qua parte corporis anima ingreditur. Qua egreditur: Et quo duce progreditur.
Cap.viii. Vbi eſt aĩa pura & qualis corpore mortuo.
Cap.viiii. Status anime pure.
Cap.x. Status anime impure.
Cap.xi. Status anime medie. i. infantum atq; ſimilium.
Cap.xii. Concluſio exhortatoria.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

Carta ſecunda Facie prima ſcriptū eſt conſumereſ. Scribe conſumareſ.
Eiuſdem charte facie.ii.Si beneficio. Sic beneficio.
Car.iiii.fa.ii.Nunc quid.Nunquid.Car.v.fa.i.affixum.ad fixū.
Item uniuerſi & oīo. uniuerſi & mēs. item cuius firmitate.cuius ſim
plicitate.item fa.ii. ude ſequi. unde .item quiddam aliter.quidam .
Car.vi.facie prima.ſubſtantialē illi.ſubſtantialē ignis.item fa.ii.que
ppie. ppria.item ſimul q̄titaſq;.quātitateq;.itē materilia. materialia.
Car.vii.fa.i.aut aliter.haud.item uero oſtendit.extendit. item fa.ii.
ita habeamus.abeamus. itē unquā.n.unquā niſi . Car.viii.fa.i.dixe
rit corporis;dixerit adultā corpis.itē.fa.ii.ſe illius.ullius.itē reuerta
mus.reuertamur.Car.viiii.facie.ii.ad quod.adde q;. Car.x.fa.i.alias
alitur.aliter.item fa.ii.ſpēm ſuā.dele ſuam / ſcribe aīalis.item neget ī
corpore.incorporee.Car.xi.fa.ii.dimenſio in rebus.interpone id.
Car.xvi.fa.i.illis naturate.nature. Car.xviiii.fa.ii.in greco ϛεναρχα.
γεναρχα . Car.xxi.fa.ii.deſiniſſent.deſiuiſſent. itē in greco κρατωη.
κρατυνει . Car.xxiii.fa.ii.p q̄.quam.Car.xxiiii.fa.i.mētis abiectum.
obiectū.item abiectum.obiectū.itē omnia in menſum.in īmenſum.
Car.xxv.fa.i. Aueroi finē.fidē.itē quelibet uiliora.interpone.&. itē
in greco εχειο λετα.λε τε.Itē̄ παντοθαλησ.παντοθαλησ.Itē̄ αρμοϛειο.
αρμοσειο.Car.xxvi.fa.i.ſiue occidētales.accidētales.Car.xxviii.fa.
i.ubi ſcribiſ natura ſenſus.deſūt deinceps hec uerba q̄ ſubſcribo hoc
modo.ſ.intellectus abſens bonū appetit/preſens amplectiſ.Totum
hoc natura ſenſus.Car.xxx.fa.i.eſt eſſe.interpone reipſa.Car.xxxi.
fa.i.hoc igiſ eſt.deme igiſ.item facie.ii.qd non uult.qd uero uult.
Car.xxxii.fa.i.dei finem.ſui finē. item atq; ſūmū.interpone ipſe. itē
a diuine.a diuina.itē fa.ii.intus haberet.haberent.itē q̄uis.quauis.
Car.xxxiii.fa.i.in greco ſcribe απροφαλιγγι θεον. itē fa.ii.& aīantes
quarū.aīalia quorū.item melius iſta.hec. Car.xxxiiii.fa.ii.Deus no
ſtrarū.naturarū.Car. xxxv.fa.ii.deus ipſe.ipſa.Car.xxxvii.fa.i.ī gre
co ουλε λυναμει.interpone ενεη.Car.xxxviii.fa.i.mouet mouet.dele
ſecūdum mouet.Item fa.ii.angelus iſta.hec. Car.xli.fa.i.priuſq; mo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

tus.primuſq;.Itē fa.ii.definito.definitio.Car.xlii.f.i. ni.niſi. itēubi ſcribiť: ut inſtrumētū.deſunt multa:que hic ita ſubſcribo.ſ. Sed neq; etiā ullo pacto generabit ipſe.Cum.n.nihil ultra ꝓprium agat gradū nullo modo pōt accidens generare ſubſtantiā: ſed materiā dūtaxat accidētali quadā preparatione diſponere.Seqť in textu oportere &c. Itē fa.ii.ita ut in naturali arte.dele ut.Car.xliii.fa.i.ubi dicit/habeat actū.ſubiunge. Neq; ſufficere putādū eſt:ſi uniuerſalis remotaq; cauſa tantū ſit preſtantior. Alioquin impfectiſſime queq; apud nos cauſe poſſent in uirtute celeſtium ꝓfectiſſima queq; ꝓducere. Sequiť.hec oia &c.item fa.ii.fecundiam.facundiā. item infuſam & corpuſculis. deme &.Car.xliiii.f.ii.terra & aque.aqua.itē acto.octo.Car.xlv.f.i.ſi dera.ſiderea. itē fa.ii.ſiplicem.ſimplicē. item.xii.preſint.preſūt.item denariis.duodenariis. Car.xlvi.f.i.cedamus.redeamus. item peragmus.ꝓgamus.Car.xlviii.f.i.unde natura.unde nam? Itē.f.ii.uniuerſo corpore.in uniuerſo.itē triū principiū.principū.item plato noſter. plato uideť. Car.li.fa.i.in mundo talem.telā. item fa.ii.in fine huic. infime.Car.liii.f.i.ubi ſcribiť/ deſinit uiuere.ſubiunge hec.Si enī qđ moueť ab alio q̄diu adheret motori/ tā diu moueť:multo magis qđ a ſe ipſo moueť:qa idem ē atq; motor/nunq̄ a motore deſertū/moueri deſinit nūquā. Sequiť.preterea &c. Itē ſpiritalis.ſpiritales. itē ipſis ſpiritalē.interpone facere. itē.f.ii. Quarta rō q.qa.Item & humiditas interpone ſi. Car.liiii.fa.ii.ad angelū.ad agendum.itē a medio.e medio.item iſtuc.iſtud.item materiam qdem.materiā ꝓdere. Car.lv.f.i. materie ordinet.ordinem.Car.lvi.f.i.a furore.& furore.Car.lvii.fa.i. ad nō eſſe nō ex eo.ad non eē uero ex eo.Car.lviiii.f.i.& quia.etiam qa.item fa.ii.proponatur.primo ponať. Car.lx.fa.i.ſane in eſſentia. deme in:interpone eſt. Car.lxii.f.i.ſecunda ſed prima.ſecundaq; ſed prima. Car.lxiii.f.ii.an omnes.ante omnes. Car.lxiiii.f.i.aeris potē tie.potentia.item utraq; conſtat.conſtant. Car.lxvi. fa.ii.materie herent.materie herere uidentur.Car.lxviii.f.ii.profecto corpora.corporea.Car.lxviiii.f.i.primo illo.ex primo illo. Car.lxxi.fa.ii.critolaus q.critolauſq;.Car.lxxii.f.ii.luteū & ſpōderet.reſpōderet.Car.lxxiiii. fa.ii.corporis prouidere.peruidere. item apparent reſpicere.aſpicere.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

Car.lxxv.f.ii.effundeꝛ.offũdeꝛ. Car.lxxvi.f.i.igneiq;.eneiq;.itẽ ea ue re.uero. Car.lxxvii.f.i. alicubi .alibi. itẽ iudicabimur. iudicabitur. Car.lxxviii.fa.i .ac uite rõnes.opationes . Car.lxxix.fa ii.ab aie ter re.ab aĩa. Car.lxxx.f.ii.pueniret.ꝓueniret. Car.lxxxi.f.i.unũ aliqd aliqd. Car.lxxxiii.f.i.nũ imaginabili.nõ. itẽ fa.ii.nõ aduẽtitia .iter pone enĩ. Car.lxxxiiii.f.ii.ad corporalia.ad ĩcorporalia. Car.lxxxv f.ii.figurare eqdẽ.quidẽ. Car.lxxxvi.fa.ii.animali ſpecuo.ſpeculo. Car.lxxxvii.f.ii.ſubſtanite.ſubſtantie. Car.lxxxix.f.i.ubiq; ſit.fit. Car.lxxxxiii.fa.ii.ſapit qui quod.ſapit q̃ quod. Car.lxxxxiiii.fa.i. auguraꝛ introſpicit.dele hoc uerbũ introſpicit. Car.lxxxxv.f.ii.con trario.cõtraria. Car.lxxxxvi.f.i.nõ tamẽ.nõ tam. Car.lxxxxvii.f.i. fit ueritas.ſit ueritas. Car.lxxxxix.fa.ii.ſolum ĩcorporalia.interpo ne enim. Car.c.f.i.alioquin nos.nõ.item.f.ii.lata ſit.fit. Car.c ii.f.ii. ſitum.ſcitum.item ſiti.ſciti. Car.ciii.fa.ii.nõ diſpartit.diſpertit. Car. c iiii.f.i.diffuſa corporis.ꝑ corporis. itẽ actu.tactu. Car.c v.fa.i.intel lectus ĩ hoc. intellectus non hoc. Car.c vi.f.ii.effici gerere.effingere. Car.c vii.f.ii.attribuitur.tribuiꝛ. Car.c viiii.fa.i.uel eandem.eadem. Item proficit .ꝓficit. Car.c x.fa.i.corporalem eẽ. interpone preſertim elementalẽ .itẽ in eadem.in eandem. item fa.ii.odoribuſ.coloribus. Item ſub qualibet. ſub quolibet . Car.c xi.f.i.currit per immenſum . percurrit immẽſũ. Car.c xiii.fa.ii.accederit.acceperit.itẽ mane.inane. Car.c xiiii.f.i.diei.dei.item infinita.infinitam.item que unitaſ.quia unitas. Car.c xv.f.ii.uniuerſaliũ rõnum.in uniuerſalium . Car.c xvi. fa.ii.negant. nequeat. item apperionis.appetitionis. item appetio. appetitio. Car.c xx.f.i.impulſu.impulſui. Car.c xxi.fa.i.deſpicit.di ſpicit. Car.c xxii.f.ii.cognoſic.cognoſci. Car.c xxiii.f.ii.uiuendi.ui dendi.itẽ perit corpus.corporis. itẽ ut nõ philoſopharẽ.uel nõ &c. Itẽ ad diueſa.ad diuerſa. Car.c xxiiii.f.i.inteditur.intendiꝛ.item ubi ſcribiꝛ occupata. ſubde hec uerba. Atq; circa plurima a diuinis remo ta diſtrahitur/ideo. Poſt hec ſequitur/ad diuinorũ &c.item retrahere tur.retrahetur. item fa.ii,reſpiciunt.reſipiſcunt . Car.c xxvi.f.i.ſpera mus.ſpiramus.item que natura.quenã.item incorporabili.incõpara bili. Car.c xxvii.f.ii.emancipata.mãcipata. Car.c xxviii.f.i.a diuina

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

uirtute.unitate.item uaris.uariis.item unde merito.ut merito. Car. cxxx.f.i.inſtructiõe.antepone &.itẽ plaga ẽe malos.dele ẽe:antepo ne etiã. Car.cxxxi.f.i.nuñq̃ tamẽ.dele tamẽ.itẽ fa.ii.creſcẽs.areſcẽs. Car.cxxxii.f.i.abundãtiã.abũdãtia. Car.cxxxiiii.fa.i.reditura.reli ctura. itẽ ſemota.ſemotã.itẽ.f.ii.ut tãq̃.deme ut. Car.cxxxv.f.i.inq̃ unq̃. Car.cxxxvi.f.i.plãtaſmata.phãtaſmata. Car.cxxxvii.f.ii.ſue. ſua. Car.cxxxviii.f.i.inſpiciat.cõſpiciat. itẽ inſpiciantur.inſpiciant: Car.cxl.f.i.habitura.habitatura.item in ſextodecimo.ſecundo.item fa.ii.arbitrantur.arbitratur. Car.cxli.fa.i.perierat.periret. Car.cxlii. fa.ii.pulularent. pulularũt. item forme.ferme. Car.cxliii.fa.i.tibi ẽ: interpone omnino.item tibi eſt.interpone quodãmodo. Car.cxliiii fa.ii.p naturam accõmodatam.accommodata. item potentia ẽ intel lectus.intellecturus. Car.cxlv.fa.i.ſit a mẽte.interpone habet. item fa.ii.qd autẽ illo? illa. Car.cxlvi.fa. i.muſcicule.muſcipule. item ca loris.coloris. Car.cxlvii.f.i.aduentitia nominañ.nominantur. Car. cxlviii.f.ii.efficiendum efficiendam.item ideo.ideoq̃. Car.cl.fa.i. in aliquo earum.in aliquo rerũ.item tum naturam.materiam.itẽ pul chra mutant.mutantur.item ideo mutabilis.imutabilis. item incor pora.incorporea.item quoq̃ alia.alio.item fa.ii.ac deum.ac demum Item intelligibile quidam.quidem. Car.cliii.fa.i.plura tamen.plu ra inde. Car.cliv.f.i.ne irrationali.nature irrationali.item motioneſ: notioneſ. Car.clvi.f.ii.pulchre referre.pulchra. Car.clvii.f.i.nõ men tiuntur.nõ metiuntur. item fa.ii.nec ne.hec ne. item talis ergo.talia ergo. Car.clviii.f.ii.iandudum iãdiu. Car.clviiii.f.ii.ſericii uermes. dele hec duo uerba:ſcribe inſecta ſericia. Car.clx.f.i.hec complexio. & complexio.item facie.ii.a natura.antea. Car.clxi.fa.i.atq̃.atquí. Item ĩ greco κατθηται.καταθηται. item fa.ii.eliſimus.eligimus. Car. clxii.f i.menſuraret.menſuraſſet. item fa.ii.quod.quid. Car.clxiiii fa.ii.at.autem. Car.clxv.fa.ii. propoſitione.poſitione. Car.clxvi: fa.i.diſceptio.diſcretio. Car.clxviii.f.i.algarelis.algãrelis .item ã.ẽ. Car.clxx.f.ii.ſcribitur: recti trianguli longius.dele hec:& ſcribe lon gius trianguli illius quem rectangulum nominãt. Sequiť tantũ &c. Car.clxxi.f.ii.e naturali.& naturali. Car.clxxiiii.f.i.ſecũdã.ſecũdã.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

Item in hominis mentem.mente. Car.clxxv.f.ii.fiat.fiant.item for te diſiungantur.diſiunguntur. Car.clxxvii.fa.i.rectus fit.ſit. Car. clxxviii.fa.i.anima intelligo.aio. item facie.ii.cui iſta.cur iſta. Car. clxxix.f.i.agnoſcis.cognoſcis. Car.clxxx.f.ii.conueniente.conue nientie. Car.clxxxi.f.i.delectare.delectaret.item fa.ii.quod.quid. Car.clxxxiii.f.i.affector.effector.item fa.ii.homo igitur.non igitur. Car.clxxxiiii.f.i.petentia.potentia.item fa.ii.ſe habet animus:ſi ha bet animus. Car.clxxxvi.facie.ii.Cap.ii. ſubiunge de philoſophis. Car.clxxxvii.f.i.ita ſe colligit. deme ſe:interpone ipſos i ſe ſpiritus. Car.clxxxviii.f.i.harmoniam.harmonia. Car.clxxxx.fa.i.pẽdem. pedem.item illa.ipſa. Car.clxxxxi.f.ii.oppilentur.opplentur. Car. clxxxxii.fa.i.aſſeruari.aſſeuerari.itẽ deo ita:deme ita.item fa.ii.pul monem.pollicem. Car.clxxxxiiii.f.i.minime.numine.item uoluit. noluit.item ſpem.ſpecie. Car.clxxxxv.fa.ii.indebilis.indelebilis. Car. clxxxxvii. facie.i .tenebar.tenebant. Car.cc.facie.i .negligit. negligat.item fa.ii.harmonia.harmoniam. Car.cc i.f.ii.corpora.cor porea. Car.cc iiii.f.i.pp eadem.pp eandem.item amittitur.annititur. Item fa. ii.amitti. anniti. item ſuppremis autẽ terminis. ſuppremus aũt terminus. Car.cc viiii.fa.ii.ſuperſit eternus.deme eternus. Car. cc x.f.i.ſi.ſicut. Car.cc xi.fa.ii.unidicantes.uindicantes. Car.cc xiii. fa.ii.ſi iuuat.ſed iuuat. Car.cc xiiii.f.i.minima.numina. item omni hac.deme omni:& ſcribe i hac. Car.cc xv.f.ii.ſuppoſitiõe.ſuſpitione. Car.cc xvi.fa.ii.perfectiſſimus qua.interpone eſt.item ꝓnuntiantur. prenuntiantur. Car.cc xix.f.i.contrariam.contrarium.item fa.ii.ſed moribus.morbuſ. Car.cc xx.f.i.more.in orbe.item minima.numina Car.cc xxiii.f. i.Alexander afrodiſeus platonicus. dele platonicus. Item tanquã platonicus in ſecũdo problematum ſuorum libro.dele hoc totum: & ſcribe in queſtionibus naturalibus. Car.cc xxv.fa.i. mentes &.deme &. Car.cc xxvi.f.i.mouet ante.mouet autẽ. Car.cc xxviii.f.i.in infinitum.infinitũ. Car.cc xxxii.f.ii.precedit.recedit. Car.cc xxxvi.f.i.oſtender.oſtendẽt.item ideo. ideoq;.item fa.ii.mo uẽdi .nutriendi.item in ſextodecimo.in ſecundo. Car.cc xxxvii.f.ii quid opus.interpone igitur. Car.cc xxxix.fa.i.in anima ſit.ſint. itẽ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

hic.hinc. Car.cc xl.f.i.ſic ita.deme ſic. item fa.ii.eas animi.eas cū.itē uider.uideat. Car.cc xli.f.ii.eſſe actus.eē actu. Car.cc xliii.f.i.mouē te.manente. Car.cc xlv.fa.i.uaneſcat.euaneſcat.item eorum ſpirituū qui ſunt. Adde in cerebro ſicut affectus phāraſie comitatur agitatio ſpirituum eorū qui ſunt. Sequitur in corde &c. item fa.ii.in libro de ſonno.interpone animalium &. Car.cc xlvi.fa.i.quod.quid. Car.cc xlvii.f.i.que brutis.in brutis. Car.cc xlviii.fa.ii.ſingularia.ſingula. Car.ccl.f.i.inuentas.in inuentas. Car.cc li.f.ii.bona.bonas. Car.cc lii.fa.i.a natura.antea.item fa.ii.oculos.oculus.item uidit.uider. Car.cc liii.f.i.dantur.datur. item ſimulacia.ſimulacra. item fa.ii.cere tum.certum. item fa.ii.confert.conferet. Car.cc liiii.fa.ii.ab infectio nibus.ab infectionibus. Car.cc lvi.fa.i.in rubrica ſcribitur in eadem. ſcribe in eodē. Car.cc lviii.fa.i.naturam.naturarum. Car.cc lviiii.f.i. qua ratio.qua ratione.item fa.ii.Quod.Quot.item intelligentia.in intelligentia. Car.cc lx.f.ii.egrotum.ergo rum. Car.cc lxi.f.i.contri net.continent. Car.cc lxiii.fa.i.firmarum.formarū.item deſcendūt. diſcedūt. item uidemur.uidētur. Car.cc lxiiii.f.i.anima.animam.itē utinam.ut.item ſine corpore.replica iterum ſic.ſ.ſine corpore inquā. Item aſcendant.aſcēdat.item p aere.p aerem. Car.cc lxv.f.i.expleat. explet. Car.cc lxvi.f.i.duximus.dux unus. Car.cc lxvii.f.i.lumen calefactoria.interpone cuius.item materie utit.interpone uehemen tius.item hic & illud.hinc & illud. Car.cc lxviii.f.ii.neq; tam.tamē. Car.cc lxix.fa.ii.terra.terram. Car.cc lxx.f.i.compenſarent.compen ſaret. Car.cc lxxi.f.i.cohitur.cogitur. Car.cc lxxii.f.ii.quando.quo niam. Car.cc lxxv.f.i.in parmenide in timeo.interpone &.item tum ad aliam.tum ad alia.item incorpora.incorporea.item miſſa.miſſam Item fa.ii.ſimilitudo.ſi multitudo. Car.cc lxxvi.fa.i.deniq; referas. conferas.item ſtatu.ſtatui.item obtinet.obtinent. Car.cc lxxvii.f.i generat harmonia.harmoniam.item und ſequi.unde. Car.cc lxxix. fa.ii.Ac.At.itē explicauitq;.explicuitq;. Car.cc lxxx.fa.i.diſcrepāt. diſcrepabant. Car.cc lxxxi.fa.i.ſyrianumq; puduit.interpone & het miam.item muſcarum.dele muſcarum:ſcribe beſtiarum. item eleatā. eleatem.item illum ullum.item fa.ii.nihil nihil.dele hoc nihil quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)

ſecundo repetitur.item ignorat.ignoret. Car.cclxxxii.f.ii.in greco απολειχασ. απολειψασ. item in greco ανατκησ.αναγκησ. item ſolemus.ſoleamus. Car.cclxxxiii.fa. i.deſunt in rubrica hec uerba. f. mūdum fuiſſe creatum.item ideo q̄.ideoq̄. Car.cclxxxv.f. i.affluere.effluere.item fa.ii.quiquis.quiſquis.item naſcentem.naſcente. Car.cclxxxvii.f.ii.materie.ineſt. Car.cclxxxviii.f.ii.in infinitā.infinitā. Car.cclxxxix.f.ii.& momēroq̄.deme &.itē de generatione &. deme &. Car.cclxxxx.f.i.euenеſceret.euaneſceret. Car.cclxxxxi.f.i falli dent.falli debet.item in ſingula.inde ſingula. item fa.ii.turbā. turba. item uūero numero. Car.cclxxxxii.f.i.lumen purū :interpone ſolis.item ſed illi.interpone hec. Car.cclxxxxiii.fa.i.eo enim.de le enim:ſcribe ſcilicet. item fa.ii.dinumeratur.dinumerantur. Car.cclxxxxiiii.facie.i.illa quaſi.interponē quidem. Car.cclxxxxv.f.i.ut formam.ut forma. Car.cclxxxxvi.f.ii.tamen poteſt.tamen penitus Car.cclxxxxvii.f.i.mox tamē.mox inde. itē fa.ii.hec coniunctius. he coniunctius. Car.cclxxxxviii.fa.i.illic nobis.illic mobilis.item fundamentum fundatum.item defutura preuidet.defuturam preuidet. Car.cclxxxxix.f.ii.proſpicacia.pſpicacia. Car.ccc i.fa.i.conſulitur.conſulatur. Car.ccc ii.fa.i.ait incidere.interpone mutato genio. Item f.ii.beatiſſimis.beatiſſimi.itē cōiunctos.coniuctos. Car.ccciii. fa.ii.perq̄ ipſam.pq̄ ipſum. Car.ccciiii. f.i.deuincuntur.deuinciuntur.item anime que.animas que.item ſolus teſtat.ſolius. item p̄fundis habitus.hiatibus. item per infimam. p̄ infima. item fa.ii.expte. exptes. Car.cccv.f.ii.mere.materie.item miris ut inquit modiſ.delē id totum. Car.cccvi.f.i.talia.alia.item fa.ii.quidē.quod. Car.cccvii fa.i.modis moleſcere miris.delē id totum.ſcribe oīo deleri.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.2.4.21 (I)